ALESSANDRINA

UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA
ALESSANDRINA
G
a
61
ROMA

g.a.61

RECOGNITIO SANCTVARII CAPVANI

Per eundem eiusdem Collectorem

MICHAELEM MONACHVM.

Decretorum Doctorem Cathedralis Ecclesiæ Capuanæ Canonicum Presbyterum

164
41

Addita.

In qua multa, quæ in priori Editione desiderabantur accuratissime, & perdiligenter recollecta videntur.

Neap. Ex Typographia Roberti Molli. 1637.

Illustriss. & Reuerendiss. Domino

D. CAMILLO MELTIO

ARCHIEPISCOPO CAPVANO,

MICHAEL MONACHVS F.

SAnctuarium Capuanum à me sex ab hinc annis euulgatum, & nũc manuscriptis Recognitionibus auctum,

ctum, Illuſtriſsimæ Dominationi tuæ inſpiciendum repræſento: vt hoc tui Pontificatus initio, DEO DIGNE ANTISTES Eccleſiæ Capuanæ ſponſę tuæ, pulcherrimas dotes vno quaſi intuitu conſpicias omnes: vtq; inter ſubditorum gaudia, gratulationes, obſequia, à mea quoque paruitate hoc gratulabundi, & reuerentis animi ſignum accipias. Tomum ergo reuerenter oblatum, pro tua in tuam Eccleſiam charitate complectaris, ac me tui Cleri minimum pro tua in omnes beni-

gni-

gnitate respicere ne dedigneris. D. O. M. Illustrissimam Dominationem tuam incolumem seruet. v. Id. Maij 1636.

NOTA.

Additio ad fol. 66. lin. 22. verb. non formidauit, habetur in fine Sanctuarij, incipit Cum Sanctuarij, etc in qua probatur Cenaculum, in quo Saluator Christus fecit vltimam Cenam, fuisse S. Prisci Episc. & Mart.

Addit. ad fol. 218. ante primam lineam, est in fine Sanctuarij, incipit Hoc anno, &c. Tantum corrige SEP. TEMPORES, nam inscribendum erat SEPTEMBRES, primo legi in obscuro, secundo relegi positum in loco decentiori.

Addit. ad fol. 231. post lineam 5. habetur in fine Sanctuarij, incipit 928. Petrus electus, &c.

Correctio.

In fine Recognitionis 13 fol. 11. post verb. quod repugnat, adde, Et re uera dies obitus, non anguste accipi debet pro illo ipso die, quo spiritus emittitur, sed ex morali quadam interpretatione, pro toto illo tempore, quando desperata est salus infirmi.

In Recogn. 39. Terracinensis, inscribe, Iuuenacienſis.

Recogn. 41. fol. 38. lin. 22. menses pares, seu impares, corrige, menses in pares, seu impares.

Fol. 49. lin. 18. auis Cephala, corrige, Acephala.

Fol. 51. lin. 22. dic tollet, corrige, extollet ad, &c.

Can-

Candido Lectori S.

I quod scribendi genus, Amice Lector, hoc habet, vt Opus prima scriptione perfici nequeat: hoc planè antiquarum rerum collectioni, ac elucidationi maximè proprium esse non dubito. Testes mihi Gerebrardi Chronologia, Baronij Annales, Ciacconij Vitæ Pontificum, Aliorumquè id genus scripta, quibus vel ipsimet Auctores, vel Alij addiderunt. Quare non mirum, si tibi Capuani Sanctuarij recognitionem offero: Ego enim postè impressum Opus, animaduerti locos, vnum, & alterum, quos emendarem; & accepi difficultates amicorum, quas dissoluerem; & inueni plura partim inter legendum obuia, partim ab amicis oblata, quæ adderem. Tu igitur, amice Lector, omnia boni consule, & Vale.

RECOGNITIO SANCTVARII CAPVANI.

Fol. 9.

Ecognitio prima. Lin. 3. verbo Aristodemus. *Aristodemus est nomen, quo se se nuncupabat Diabolus, qui possidebat virum, infra fol. 11. vocatum Adamantium. Aptum sanè Diaboli nomen, quod Latinè sonat* optimus carnifex. Aristos *enim Græcis est optimus, vt Aristobolus optima consulens,* Dimus *est popularis, sed substantiuè, minister publicus, vt sunt lictores, carnifices, & quæstionum præsides.*

Fol. 12.

2 *Lin. 14. ver.* Vt Sanctus Castrensis Campana lictoris arena calcata mandauerat. *Hæc verba intra parēthesim posita, non verba Textus, sed nostra ad Textus elucidationem.*

Fol. 18.

3 *Lin. 15. ver.* Ignoramus. *Tandem accepi, Regem Gulielmum cognomento Bonum, Ecclesiam Montis regalis ædificasse, eoq; è Cauensi Monasterio Monachos aduocasse, ac S. Castrensis corpus (Capuæ tamen relicto capite) transtulisse: huius translationis festum agitur Dominica 3. Maij: quæ celebratur die 29. Decembris; est secunda translatio facta ad Sacellum à Ludouico Tor-*

res

res Eminentissimo Card. tunc Archiepiscopo conditum.

Et eodem fol. verb. In Marcianisi. *In dioecesi Neapolitana est Pagus vulgo nuncupatus Marano, ibique visitur Ecclesia Parochialis sub inuocatione Sancti Castrensis; quæ temporum iniuria collapsa, nunc reædificata ab incolis illius loci in magna veneratione habetur: aspiciuntur enim ante valuas illius Ecclesiæ tantum duæ paruæ columnæ marmoreæ illius antiqui Templi; quas fideliter antequam Ecclesiam ingrediantur exosculãtur: vbi etiam venerãtur parabrachij S. Episc. Castrensis è Monte Regali illic traslatã non multis ab hinc annis. Hæc se vidisse testatur Domnus Syluester Ayossa V. I. D. carus ex CARA Sorore nepos, dum Maranum petijt deuotionis ergo.*

Fol. 46.

4 *Lin. 4. ver.* Ad corpus. *Dicimus Ecclesiam Sancti Petri vocatam ad corpus, quia erat in corpore, idest in Meditullio Ciuitatis: Meditullium intelligimus non florentis, sed collabentis Capuæ: At verò, quia iuxta vulgare nostrum idioma* fare corpo, *est facere conuentum, & ipse locus dicitur corpus. vt,* il corpo di guardia, *locus vbi sunt milites congregati custodiæ causa: ideò Vicus in quo est Ecclesia Sancti Petri, potuit dici corpus, quia Ciues eo loci ad colloquia publica congregarentur: id quod maximè conuenit proximè elapsis sæculis, quando hæc extans Capua, vnam cum suis Casalibus vniuersitatem constituebat: tunc enim Casalia Terræ Lanei, erant Capuanæ vniuersitatis vna pars, quæ eligebat ad conregimen, vnum ex suis. Capita verò Casalium, oportuit fecisse corpus, idest Conuentum in Casali Sancti Petri, vt in florentiori cum Casale Sanctæ Mariæ non esset, vt nunc est ampliatum, & ipsa Ecclesia S. Mariæ, & S. Laurentij dicerentur de Casali Sancti Erasmi. vide infra 31.*

Fol.

Fol.46.

5 *Lin.19.ver.* Nunc verò. *Opus manuscriptum, & aliud ab Epitome nunc impresso, quod communiter creditur Heremperti, & ex quo pauca decerpta cum Epitome impressa sunt, quæ nos hoc loco citamus; illud inquam opus, noster Camillus Peregrinus arbitratur esse alterius auctoris Anonymi Salernitani: quia tamen ille etiam auctor est antiquus, ideò in mutata sententia permanendum arbitror. & permaneo libentius, quia cum Ecclesia Sancti Stephani fuerit Cathedralis, vt ex epistola Io: PP. VIII. manifestè constat; illam oportet esse Constantinianam, in qua vsque ad translationem Sancti Stephani, Capuani Pontifices Cathedram habuerunt: alioquin si Ecclesia Sancti Petri fuisset Constantiniana, & Cathedralis, ex illa ad Ecclesiam Sancti Stephani Cathedra translata fuisset: at non puto probabile, relicto maiori, et antiquiori titulo assumptum minorem, & nouum: neque conueniens, vt relicto Meditullio Ciuitatis, Cathedra sit in Angulo collocata. Igitur in illo angulo Constantinus suam Constantinianam Apostolis ædificauit, & in ea Episcopalis Cathedra semper mansit: & tandem nominibus Apostolorum addita sunt SS. Stephani, & Agathæ nomina, propter quæ nomen Apostolorũ antiquius, apud populum abijt in dissuetudinem.*

Fol. 57.

6 *Lin.11.verb.* Colebatur. *Quæ dixi de Capitolio habet Baron ad Martyrol. die 29. Nouembris, & optimè: Capitolium namque murorum ambitu cingebatur, eoquè non nisi per fores patebat accessus. Tertull. in Apologetico cap.26.* Roma(*inquit*)ante regnauit, quam tantum ambitum Capitolij extrueret: *Alexander ab Alexandro Genialium lib.6.cap.* 11. Hunc montem auspicato conditum post incensam à Gallis Vrbem, quasi pro-

propugnaculum Imperij, saxo quadrato cinctum fuisse memorat. *Tacitus in Vitellio memorat fores*: Tunc Capitolium (*inquit*) clausis foribus indefensum, & indirectum flagrauit: *In Capitolio Gentilium religio maximè colebatur, nam præter Iouis præcipuam ædem, diuersa, spatijsquè distincta, vel sacella, vel aræ, vel signa Doemonibus erigebantur. Tertull. de spectac. cap.* 10. *& in Apolog. cap.* 6. *appellat Capitolium Romanum* omnium Dœmonum Templum, & Deorum Curiam. *Manlius apud Liui. lib.* 6. *præter Iouem O. M. Iunonemq; Reginã, ac Mineruam, inuocat coeteros Deos, Deasquè, qui Capitolium, arcemquè incolunt: idipsum facere inducitur Cicero ab Auctore orationis de exilio: Hinc Seruius, Aene. lib.* 2. *& modo citatus Alexander, in Capitolio omnia Deorum simulacra fuisse produnt. Acta Sancti Saturnini apud Surium* 29. *Nouemb. de Capitolio Tolosæ ita loquuntur*, cumquè supradicto Episcopo ad Ecclesiam id temporis paruulam iuxta Capitolium, quod inter domum suam, & domum Dei erat medium frequens itus esset, ac reditus, sancti viri præsentiam sustinere FALLAX DOEMONVM TVRBA non potuit, & vt erant muta simulacra, &c. *Acta etiam Sancti Apollinaris in historia Christiana Laurentij De-la-Barre memorant trecentas aras in Capitolio Rauennate. Aldhelmus de virginit. c.* 26. *habet in Capitolio fuisse Statunculum Dianæ, quod ad Victoriam missum est, vt illi virgo thurificaret. Statunculum autem potius statunculam legendũ in Aldhelmo, ut legitur in Actis SS. Ioan. & Pauli, & significat paruum simulacrum; ex quo non est, cur De-la-Cerda laboret in Aduers. cap.* 134. *n.* 9.

Fol. 58.

7 *Lin.* 18. *ver.* Curiam. *Appellaui Capitoliũ, Curiã Sacerdotum, vt mihi videor non male: quia Tertull. appellat*

pellat ipsum Curiam Deorum: & quia in Capitolio Romano, ad cuius exemplum alia in colonijs erigebantur; Curia Calabra describitur ab Alexandro modo citato: Erat Calabra Sacerdotum Curia, in qua Iunonis Kalendis omnibus sacrificabatur à Rege sacrorum, minorequè Pontifice: sacrificioquè peracto populus calabatur, idest vocabatur, et quot numero dies à Kal. ad Nonas supereſſent, quiuè essent ludorum, & sacrificiorum dies ex ore Pontificis accipiebant. In Capitolio Rauennatæ Pontificũ extitisse Curiam, innuunt Acta S. Apollinaris modo citata: habent illa Nunciatum est ergo de ea Duci Saturno, qui producens eum statuit ante Pontifices Capitolij Rauennatis, *quod si Pontificibus Capitolij erat propria domus, vbi nam illa melius, quam in ipso Capitolio collocabitur.*

Fol. 58.

8 *Lin.* 23. *ver.* Apulia. *Notauimus in addendis nomen Apuliæ aliquando vsurpatum pro tota regione, quæ nunc est Regnum Neapolitanum: & ita intelligendum Martyrol. Romanum antiquioris ædictionis, quod* 3. *Iulij memorat* Orthonam in Apulia: *Addo in eumdem sensum* Potentiam *in Apulia memorari apud Acta S. Gerardi Episcopi Potentinij, quæ Placentiæ conseruãtur, & in vita Sancti Ottonis apud Sur.* 2. *Iulij num.* 10. *Anagniam Ciuitatem Romaniam diuidere, & Apuliam; & in epist. Petri Damiani fol.* 15. Cisterna Appula Ciuitas: *& in translatione S. Bernuuardi apud Sur.* 20. *Nouemb. num.* 3. Neapolis Ciuitas Apuliæ anno 1193.

Fol. 61.

9 *Lin.* 30. *ver.* Sacrificijs, *Forum Iudicij locus, erat etiam locus ad sacrificandum aptus: Romæ, vt Alex. Genial. l.* 2. *cap.* 12. *obseruat; tria erant iudiciorum fora, & in vnoquoque Templum: in foro veteri, seu Romano,*

Tem-

Templum Saturni, Castoris, & Pollucis: in foro Coesaris, Templum Veneris: in foro Augusti, Templum Martis Vltoris. Smirnæ fuisse Templum in foro, probãt Acta Sancti Pionij apud Baron. ann. 254. & Capuæ, Templũ Martis in foro à Liuio l. 35. memoratur: Nunc ergo si cui forum à Sãcto Cypriano cum Capitolio memoratum pro Curia Religionis interpetrari non placet; dicemus in illius Ciuitatis foro Capitolium, idest præcipuum Fanum extitisse; At Christianos de religione interrogatos in Capitolio fuisse, probant eiusdem Cypriani alia verba in epist. 3. ad Cornelium. Compellantur *(inquit)* adhuc insuper lapsi, vt linguis atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant Sacerdotibus conuicium faciant, *& de lapsis,* vnus, qui sponte Capitolium negaturus ascendit, &c.

Fol. 69.

10 *Lin. 14. ver.* Non multis. *Scripsi, quod putani consideratu dignum, nam quid simile habetur in vita Sancti Bercarij apud Sur. die 17. Octobris num. 13. & aliud simile in vita Sancti Audoeni 24. Augusti num. 21. verba sunt in prima.* Quidam rusticus nomine Vulfarus cernens studio venerandi Azsonis vndecũq; saxa adunari ad ampliationem huius Templi, paruipẽdens vtpotè alienus, dominium monachorum adnexis plaustro quatuor paribus bouum pergit deuehere lapidem altaris Ecclesiæ supradictæ Insulæ. Hunc ergo plaustro impositum, rediens venit ad vadum, per quod introierat, moxquè tanto pondere fixi sunt boues, vt trahere ad aquam minimè possent: exclamat itaq; rusticus, stimulo, fustibusquè agitando boues, sed nequaquam proficit: volens flectere animalia ad dexteram, vel ad lęuam, nec sic adipiscitur efficiendi aliquam possibilitatem. Ad hoc factum, villæ iam dictæ multi conuenientes mirabantur super hac rẽ, ac diuinitus in-

ſpirati proteſtabantur nolle Deum, vt altare extructum opere famuli ſui ab eo loco poſſe educi: quod audiens ruſticus, verſus ad Orientem ſpondet Deo, Sanctoquè Berchario lapidem ſe ſe loco proprio relocaturum, ſi eius nutu reciperent animalia perditum greſſum. Hæc dicens, boues concutit, & ſtatim mirum in modum videres eos citius retro redire, quam antea feciſſent, in nullo recto itinere, atque ita ſuo loco reſtitutum eſt altare.

Verba ſunt in altera. Contigit verò in eodem pago, vt quemdam illic lapidem inſigni forma videret: cūq; accuratius eum eſſet intuitus, ait eum aptum, & opportunum eſſe eorum vſibus, qui equitandi curam gerāt: atque ea cauſa optauit eum eſſe in Briſniacenſi villa. Cumquè eo inde recedente, quidam homo ſæcularis, animo tumidus, id audiſſet, continuo miſſo plauſtro, lapidem illum ad ſe adduci iuſſit. Veniunt eius famuli, ſaxum plauſtro imponunt, eunt proſperè, & expeditè vſque ad biuium illud, cuius vna pars ducebat in Villā Briſniacenſem, altera ad Villam hominis ſæcularis, qui illud ſaxum ſibi vendicare voluit. Vbi eo ventum eſt ne paſſum quidem vnum ſe mouere potuerunt. Iungūt illi multa bouum paria, ſed cum nihil proficerent tandem amotis bobus ad dominum ſuum caſſo labore reuertuntur, poſtquā verò id Sancto Audoeno renunciatūm eſt, vocat Anſtardum famulum ſuum, & in eadem domo ſeruientem, iubetquè vt ſaxum ad villam adducat. Illo dicente, ſe non niſi duas vaccas habere, eas iungere iubet, paret ille iuſſis viri Dei, veniensquè ad ſaxum, vbi illud plauſtro impoſuit tanta facilitate peruenit ad villam, ac ſi nullum illi plauſtro onus impoſitum eſſet.

Fol.75.

11 *Lin.5.verb.*Pridie idus Octobris *lege pridie nonas Octobris.*

Fol.119.

12 *Lin.1.ver.*Paschali. *Pascha decimotertio Kalendarum Maiarum 1. Aprilis decimo nono celebratum est anno 520.quo fuit in vsu littera Dominicalis* D.*& aureus numerus* 8. *Igitur ex hac relatione septimâ, liquido constat veram esse consignationem annorum obseruatã à Paulo Diacono ad eutropium in Iustino, & à Baronio retentam: Errasse autem scriptorem historiæ miscellaneæ, qui totidem verbis Pauli Diaconi supra fol.107.relatis legationem S.Germani describit, sed consignat anno 511.seu 512. Nã anno 511.Dominicalis fuit* B. *aureus numerus* xviij.*& Pascha celebratũ 4.Aprilis: Anno 512. Dominicalis* G.*aureus numerus* xxiv. *Pascha 22.Aprilis.Anno 513. Dominicalis* F. *aureus numerus 1.Pascha 7.Aprilis.Patet ex computo.*

Fol.120.

13 *Lin.2.v.* pœnitentiam. *At verò pro communi lectione, glossaquè Baronij, obseruo apud S. Gregorium verba hæc* vsque ad diem obitus sui *exclusiuè poni exẽplum in epistola 5.l.4.ait ibi*: itaut vsque ad diem obitus sui in eadem excõmunicatione permaneat, & viaticum tantummodo in die exitus sui percipiat. *vide, qui in die exitus communionem percipit in excommunicatione permanet vsque ad diem obitus: & proinde dictio (vsque) ponitur exclusiuè, alioquin, qui iubetur permanere excommunicatus in die obitus, illo ipso die obitus communicaret, quod repugnat.*

Fol.120.

14 *Lin.* 22. *putaui de S. Germano intelligenda verba illa in vita S. Remigij.* Qui pro *curatione puella*

dęmoniacæ ad B. Remigium literas suas direxit. Ingenuè fateor, fui hoc loco parum oculatus, & parum memor: parum oculatus in vita S. Remigij illa enim num. 25. expressè habet à S. Benedicto Abbate Missas literas pro curatione puellæ: Ideo relatiuum, qui positum num. 55. S. Benedictum necessariò refert, non Germanum: deinde parum memor eorum, quæ Baron. scribit ad annum 507: ille enim ex testamento S. Remigij probat, non Benedictum Abbatem, *sed Benedictum quemdam virum primarium, & prædiuitem in illa prouincia per S. Remigiũ filiæ suæ dęmoniacæ sanitatem, & deinde mortuæ vitam obtinuisse: corrigo erratum: agnosco literas nullas à* S. Benedicto, *nec à S. Germano datas ad S. Remigium pro curatione puellæ.*

Fol. 126.

15 *Lin.* 27. *ver.* S. Galaza. *Locus, qui corrupto vocabulo dicitur à S. Galaza, olim circa annum* 1100. *dicebatur S. Maria de Calatia, vt habetur infra in* Bulla *Episcopi Casertani fol.* 588. *l.* 22.

Fol. 127.

16 *Lin.* 34. *An Colossum Capuæ, intelligimus ipsum* Amphiteatrum *? minimè mihi videtur.*

Primum, quia ratio suadet, vt à verborum proprietate, absque causa non discedamus, at amphiteatrum, & colossus duo sunt verba, quorum, alterum significat, quod non significat alterum: ergo vtriusque proprietas retinẽda est, qua retenta habetur etiam aptus sensus historiæ.

Adhuc, quãdo primũ Herẽpertus BERREALIS *nomine vsus est ad significandum* Amphiteatrum, *dixit* Berrealis, quod est Amphiteatrum *idem colosso feciisset si colossus esset* Amphitheatrum, *postremo verba illa* filijs autem Landonis in Amphitheatro *ex dictione,* Autem, *quæ est dictio aduersatiua, dicunt, & ostendunt diuersum*

locum,

locum, ita vt filij Landonis partim fuerint in Coloſſo, & partim in Amphiteatro.

Fol. 131.

17 *Vide in pictura teſſellata columbas duodecim ad ſtantes cruci, & noſce figuram Apoſtolorum. At verò columbæ aliquando pingebantur inſiſtentes cruci, & corona circumdatæ: eiuſmodi formæ* notator ad epiſtolam S. Paulini duodecimam. *Aliquando pingebatur crux intra lucidum circulum, & per circuli extimum girum duodecim columbæ diſtinctæ: eiuſmodi erat crux S. Paulini Nolani, cui & ipſe hos verſus addiderat.*

CRVCEM CORONA LVCIDO CINGIT GLOBO
CVI CORONÆ SVNT CORONA APOSTOLI
QVORVM FIGVRA EST IN COLVMBARVM CHORO

Fol. 146.

18 *Lin.* 19. *verb.* Properarent. *In vita S. Maximini Epiſcopi Treuerenſis apud Sur. die* 29. *Maij Creton Beneuentanus à natiuitate coecus pro oculorum illuminatione apud S. Petrum Romæ orans ab ipſo Apoſtolorum Principe admonitus eſt, vt in Belgicum iret vbi requieſceret Maximinus, à quo eſſet illuminandus. Ita factum: præterea in vita Sanctæ Gudulæ* 8. *Ianuarij ſcribitur de puella filia cuiuſdam Regis Pagani, quæ ab incunabulis infirma, in ſomnis admonita ex tranſmarinis partibus ſepulcrum S. Gudulæ virginis adijt, & ſanitatem obtinuit.*

Fol. 141.

19 *Lin.* 28. *ver.* Propter. *Character ille mihi videtur qualis eſt in numiſmate Baſilij Imperatoris apud Baron. anno* 870. *nam literæ N. C. T. Maiuſculæ ibi ſunt omnino ſimiles.*

Fol.

*Fol.*149.

20 *Lin.*20.*verb.* Renobatus. *Renobatus, ideſt Renouatus, nam uſus literæ* B. *pro* V. *antiquiſſimus eſt etiam ante Longobardorum tempora: Militabit pro militauit habet Epitaphium in hiſtoria Neapolitana Capacÿ lib.*1. *c.*21. *Et* VIBA *pro* VIVA *in epitaphio excepto per F. Fortunatum Scacchum in ſuo Miroth. p. cap.*9.

SAVFEIAE ALEXANDRIAE
V. V. TIBVRTIVM
CAPLATORES TIBVRTES
MIRAE EIVS INNOCENTIAE
QVAM VIBA DECREVERANT
POST OBITVM POSVERVNT.
L. D. S. C.

VIBA I. VIVA. *Nempè Tiburtes poſt obitum Saufeiæ poſuerunt ſtatuam, quam decreuerant poſuendam, ipſa Saufeia viua. Coeterum hæc nomina Renobati, & Sarmatæ, mihi redolèt neſcio quid Aphricani, ſicut ſcio Nouati Aphricanũ nomen, ità & Renobati Aphricanũ credo cuiuſmodi ſunt Reſtitutus, Refectus.*

Sarmata vocatus Presbyter quidam legitur in Epitaphio Vercellenſis vrbis, quod citat Notator ad S. Paulinum. At hoc ipſo nomine vocatum in Aegypto vnum ex diſcipulis S. Antonÿ docet Rom. Martyrol. hinc ergo, & ſi fortaſſe leuiter, aliquo tamen modo adiuuatur coniectura de aduentu S. Matronæ ad nos ex Aphrica.

*Fol.*154.

21 *Lin.*19.*verb.* la Rocca. *Roccam donat Rex Archiepiſcopo Capuano anno* 1315. *ex regio Archiuio* B. *fol.*32.

Fol.

Fol. 155.

22 *Lin.* 22. *Quod Petrus Damiani à Desiderio referente didicit, ipsemet Desiderius scriptum reliquit in Dialogis, quæ manuscriptæ habẽtur in Monasterio Casinensi. Igitur eius verba huc afferre operæ pretium erit.*

Amita patris mei (*inquit ille Dial. l.* 3.) Bellę nomine, in monasterio Beati Petri Apostoli intra Beneuentanam vrbem sito, in sanctimoniali habitu à primæuo iuuentutis flore vsque ad vltimam senectutem degit: quæ cum esset desponsata viro, occultè de domo parentum fugiens ad Monasterium cõtendit, ibiq; virginitatem suam omnipotẽti domino dicauit, & quia terrenum in terra sponsum habere contempsit, procul dubio meruit habere cœlestem in cœlis. Ipsa mihi solita erat referre ad Abbatissa sua, quæ Offa dicebatur, quia in monte, qui Sanctæ Agathæ Martyris dicitur propè Capuam Vrbem antequam regimen Monasterij susciperet, longo tempore habitauerit, ibiquè vitam eremiticam duxerit. De hinc Monasterij suscepto regimine quadam nocte ſororibus adhuc quiescentibus Oratorium ingressa, accepit thuribulum, vt more solito thura adoleret altaribus.

Cum itaquè thus in thuribulũ mittere vellet è manu eius cecidit, & lampade extincta thus inuenire non valuit: repentè verò quidam iuxta illam astitit, & tenens manum eius, thymiama, quod in thuribulum poneret, dedit: Tantus igitur odor ex incerto illo thymiamate emanauit, vt per totum, quod reliquum erat noctis vsque ad horam diei tertiam, nõ solum Ecclesiam, sed etiam omne illud monasterium mira suauitate repleuerit: ex qua re sine dubio datur intelligi, quod Angelus Domini fuerit, qui illud thymiama tantæ fragrantiæ odoris tribuit.

Hæc

Hæc eadem autem Religioſiſſima Abbatiſſa dum multa per tempora ſollicitè virginibus præfuiſſet, verbis, & exemplis ſibi commiſſas Dei famulas inſtruere non ceſſans, languore tacta corporis venit ad mortem: Cumquè in extremis poſita iam prope eſſet, vt Chriſto, cui ſeruierat, animam reddere deberet, videntibus cunctis, qui aderant, è lectulo ſe quaſi ad menſuram trium cubitorum in aere eleuans expanſis in cœlum manibus ſtetit, & facta oratione iterum ſe in lectulo collocans, vltimum ſpiritũ exhalauit: ſed ex hoc quãtæ fuerit abſtinentiæ dignoſci poteſt: quæ dum infirma iaceret in lectulo, & à multis honeſtioribus viris, ac mulieribus viſitationis gratia ad eam venientibus, vt aliquantulum ſibi, quo infirmum corpus ſubſtentaretur, caperet, rogaretur, illa deſueta delicijs, ſi aliquid (inquit) mihi de infuſis leguminibus attuleritis, forſitan aliquantulnm inde potero deguſtare: O abſtinentia in fœmina prædicanda, quæ in infirmitate poſita infuſis leguminibus pro ſummis delicijs vtebatur.

Quæ cum fuiſſet defuncta, & in Eccleſia ſepulta quadam die ruſticus quidam frumento onuſtus per eandem Eccleſiam tranſiens ſupra ſepulchrum eius, paruipendens, cuius meriti eſſet, quæ ibi ſepulta iacebat, ſaccum cum frumento depoſuit, & feſſus, vt aliquantulum pauſaret, iuxta conſedit: repẽtè igitur ſaccus de eodem ſepulchro ſublatus, longequè proiectus, omne illud, quo plenus erat frumẽtum paſſim per eandem Eccleſiam ſparſit: ruſticus ergo vehementer conterritus ab illa die didicit, quantum Dei homines in corpore venerandi ſunt, cum extincta illorum corpora; ac in ſepulchro poſita, ne de aliquibus paruipendãtur, diuina ſibi virtus voluit demonſtrare.

Alter quidam nobilis vir, de eadem Beneuentana Ciui-

Ciuitate, nescio qua causa monasterium aduentaret, ac nescius, forte eius supra sepulchrum consederat; cum subito tantus dolor viscerum eum inuasit, vt vociferans, atque euilans se eadem hora moriturum putaret, ad cuius vocem, quæ in monasterio erãt virgines protinus cucurrerunt, eiquè cuius esset sepulchrum, supra quod sederat, indicauerunt: qui pro ignorantia, venia postulata, meritis Dei famulæ cœlitus meruit medicinam.

Fol. 163.

23 *Lin.* 21. verb. Ritus. *De antiquo Ritu benedicendi, indice, medioquè districtis, ac Pollice intus recluso, est Leonis IV. decretum. refert* Baron. *tom.* 10. *anno* 855. *num.* 31. *Illi tres digiti sunt, quos Papæ Formoso detruncarunt inimici, vt idem Baron. habet anno* 897. *n.* 11.

Fol. 177.

24 *Lin.* 6. verb. Credo. *Ità S. Ludgerus Episcopus Monasterienſis, quando Frisia secundo defecit à fide, vt paruulæ ætati consuleret, misit eò laicum, qui per domos omnes iret, ac persuasis matronis earum infantulos benedicta simpliciter aqua in nomine Domini, cum inuocatione S. Trinitatis baptizaret. Surius* 26. *Maij n.* 23.

Fol. 179.

25 *Lin.* 15. verb. 1165. *Imò nomen lanei est in instrumento S. Angeli ad Formam scripto sub Landulfo, & Atenulfo principibus circa annum* 938.

Fol. 181.

26 *Lin.* 16. verb. 20. *Apud Ferrarium de SS. Italiæ die* 2. *Iulij est Epitaphium, in quo fit mentio Eriberti Subdiaconi Mediolanensis, & Custodis Ecclesiæ S. Vincentij anno M. L. VI. Ecclesia verò S. Vincentij est apud Canturium pagum agri Mediolanensis Como proximũ.*

Fol.189.

27 Lin.vlt.verb.non perierunt: *Posset dubitari an hi Ioannes,& Paulus sint illi martyres, quorum festum agitur mense Iunio die 26.In eorum enim Actis alter dicitur Præpositus,& alter Primicerius Constantiæ Augustæ.Sed planè illos martyres diuersos à nostris esse omnino credendum est: Tum, quia ex illis Ioannes erat Præpositus,Paulus autem Primicerius: ex nostris verò Paulus Præpositus,& Ioannes Primicerius: Tum,quia habitus nostrorum est Ecclesiasticus, qualis certè non erat Palatinorum: Obiter est adnotandum: Officium Præpositi,& Primicerij in Palatio Augustæ fuisse longe diuersum ab eo,quod Præpositi,& Primicerij gerunt in Ecclesia.In Ecclesia Præpositus dicebatur ille,qui præerat monasterio ab Abbate Præfectus,cum Abbas in eo residere non valeret,vtpotè,qui residere debeat in maiori: hoc autem nomen à regularibus deinde transijt ad Clericos sæculares: Primicerius dicitur, qui choro psallentiũ præest; At in Palatio Præpositum intelligimus,qui domus curam gerit,qualis est apud nos Maiordomus: Primicerius, vt notat Pangirolus. in Thesauro lib.1.cap.85. erat ad quẽ pertinebat ordinare aulicos, & suum, cuiquè locum statuere: Imperatore,seù Augusto procedente,vel in concessu sedente: qualis est hodie magister Coerimoniarum apud Summum Pontificem, vel apud Principes, qui dicitur magister aulæ.*

Fol.191.

28 Lin.16.verb.Sancta Maria. *Quod ego neque solus,neque semel legi* SANCTA MARIA, *nunc amici oculatiores legunt* SANCTE MARIAE, *ac obseruent*, E, *primum esse simplex, & alterum esse*, AE, *dipthongum.Si ità est, inscriptio significat Symmachum solum ædificasse Ecclesiam ad honorem S. MARIAE.*

At

At insurgit maior difficultas ex eo, quod in arcu ante dictionem illam SANCTE, *cernitur spatium, quod aliquam dictionem continuisse censendum videtur, imò audio esse, qui dicat, fuisse ibi verbum*, Ecclesiæ. *Ego nolo esse contentiosus, sed quæro quonam modo exponendum sit assertum verbum* Ecclesiæ, *per gignendi ne, an per dandi casum? si per gignendi, inscriptio significat Symmachum Episcopum in Ecclesia Sanctæ Mariæ fuisse auctorem operis. Sensus plane ridiculus: cum ex eo credendum sit in Capua veteri duos Episcopos extitisse simul, vel vnum vnius Capuæ Episcopum, vnius tantum Ecclesiæ se Episcopum nominasse, & inscripsisse: quis huiusmodi ineptias nõ ridebit? si verò* Ecclesiæ *per dandi casum exponitur, elicitur sensus, Symmachum Episcopum ædificasse Templum ipsi* Ecclesiæ, *idest populo Christiano existenti in vico Sanctæ Mariæ: sensus quippe conformis sensui illarum inscriptionum.* Xistus plebi Dei. Hilarius plebi Dei. Felix Papa addito musico splendore Sanctæ plebi Dei perfecit. *Baron. anno* 530. *Et Salerni.* Temp. Magnificis Reg. Ros VV. Episcopus A. M. & plebi Dei. *Baron. anno* 1080. *Nam sicut ex illis habetur Xistum, & Hilarium ædificasse templa pro vtilitate, & commodo plebis Dei, ita inscriptio, de qua loquimur, significat Symmachum ædificasse Templo pro vtilitate, & commodo Ecclesiæ, idest populi fidelis existentis in Sanctæ Mariæ pago. Profecto excogitetur quæuis expositio, addatur illi spatio vacuo, quæuis dictio, quia nunquam excludetur Symmachus, nè Templi censeatur auctor.*

Fol. 193.

29 *Lin.* 6. *verb.* Et qui fingunt. *Hic vt ostendam non à filio Imperatoris ædificatam Ecclesiam, adduco quinque argumenta meo iudicio probabilia: nunc cogor*

ea magis elucidare. Primum argumentum. *Quis credet inter tot filios Imperatorum hunc solum obliuioni traditum, & tot historijs incognitum? Hic vtor auctoritate (vt dicitur) negatiua: hæc enim argumentandi ratio, & si videtur inefficax, vt quid ex ea necessariò cõcludatur; tamen valet ad faciendam probabilitatem, præsertim quando scriptorum instituto: seù mori nititur, vel cum alijs coniecturis conglobatur. nec alius videtur sensus doctissimorum, qui cum auctoritatem negatiuam confiteãtur inefficacem, ea tamen vtuntur. affero ex antiquis Sãctum Hieronymum, qui in Commentarijs in epistola ad Galatas cap. 2. agens de contentione inter Petrũ, & Paulum exorta Antiochiæ, à Luca tamen prætermissa, inquit,* Nec mirum esse si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa, quæ Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licent ia prætermiserit: & non esse contrarium. si quod alius dignum putauit relatu, alius inter cœtera derelinquat: *Ergo Hieronymus auctoritatem negatiuã censet inefficacem: & tamen ipse de scrip. Eccles. in Luca dicit.* Quale enim est, vt indiuiduus comes Apostoli inter cœteras eius res hoc solum ignorauerit? *Hac motus auctoritate negatiua periodos Pauli, & Teclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computat: affero ex recentioribus Bellarminum, qui de Pontifice lib. 2. cap. 8. inquit.* Respondeo primo nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negatiuè, *& tamen ipse hoc argumentandi genere non semel vtitur: occurrit nunc ex lib. de scrip. Eccles. locus in Ambrosio: habet commentaria in epistola 5. Pauli à multis non credi Ambrosij: Nec sine causa primo, quia S. Augustinus, qui libenter, & frequenter Ambrosij testimonijs vtitur contra Pelagianos, ex his commentarijs nulla testimonia petit. Secundo, quia Pelagius ipse, qui Ambrosij testimonia*

S. Au-

S. Augustino obijcere solet ex his commentarijs nihil obijcit, cum tamen in his commentarijs sint non pauca, quæ Pelagij errores continere videntur. Itaquè iuxtà sensum doctissimorum, etsi auctoritas negatiua est inefficax ad concludendum necessariò, tamen valet ad faciendam probabilitatem: imò non est parui momenti; & in re graui solet adhiberi. S. Augustinus de Ciuit. Dei lib. primo cap. 6. ostendens propter Christum tantum, victores pepercisse victis, & non propter aliquem Deum ă Paganis cultum, hăbet ita. Quando tot, tantasquè Vrbes, vt latè dominarentur, Romani, expugnatas, captasq; euerterunt, legatur nobis, quæ templa excipere solebant, vt ad ea quisque confugisset, liberaretur? at illi faciebāt, & scriptores earundem rerum gestarum ista reticebāt: ità nè verò, qui ea, quæ laudarent maximè requirebāt ista præclarissima secundum ipsos pietatis inditia præterirent? *Papa Innocentius primus in epistola ad Decētium, vt ostendat à solo Petro, vbiquè fundatas Ecclesias, ait;* Cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Aphricam, atque Siciliam, Insulasquè interiacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores cōstituerunt Sacerdotes, aut legant si in his prouincijs alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse: quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit. *Vmbertus Card. Episcopus Siluæ candidæ in resp: contra Nicetam Pectoratum asserentem calidum sanguinem fluxisse de latere Domini, inquit;* Quod si aliquomodo caluit Euangelium quare tantum miraculum, & sacramentum tacuit? *Itaquè cum tantæ auctoritatis viri argumentum à scriptorum taciturnitate sumptum non respuant; necesse videtur, vt qui illud infirmare voluerit*

vo-

valentioribus coniecturis infirmet. Nos igitur in re nostra eodem vtimur argumento, considerantes ex Baronianis annalibus tot græcorum historicos in recensendis Templorum erectionibus, & Imperatorum filijs non pepercisse stylo. Vide quoad Templa, præter illa tot multa, quæ à Pulcheria, Iustiniano, Basilio, & Romano ædificata, vel restituta legimus, legi etiam extra Constantinopolim Templa. Vt SS. Petro, & Paulo transmare prope Chalcedonem à Rufino præfecto Prætorio: S. Stephano Hierosolymis ab Eudocia: S. Mariæ ad Fontes à Leone. S. Mariæ in Ciuitate Smirnensi à Cyro: S. Mariæ à Iustino, Chartagine vnum, Hierosolymis alterum.

Et quoad filios Imperatorũ, vt omittamus Imperatores, qui vel ad breue tempus imperarunt, vel absque liberis decesserunt, Iulianum, Iouianum, Valentem, Iustinum, Iustinianum, Iustinum alterum, Leontium, Absimarum, Philippum, Anastasium, & qui huic proximè successit Theodosium; ecce Constantinus Magnus genuit Cryspum Constantinum, Constantium, & Constantem, at ex solo Constantio Constantia posthuma: Ecce Theodosius genuit Archadium, & Honorium: Archadius verò Theodosium, Pulcheriam, Archadiam, & Marinam: Honorius autem Valentinianum, & Honoriam: Valentinianus Placidiam, & Eudociam, quæ nupta Hunerico Vvandalo Principi Vldericum. Ecce Leo genuit infantem, qui mox obijt, & Ariadnam, quæ nupta Zenoni Leonem, & alterum, qui obijt adolescentulus. Ecce Tiberius genuit fœminas tantùm Charitonem, & Constantiam, quæ nupta Mauritio quinque masculos, & tres fœminas. Ecce Phoca genuit filiam, quæ nupsit Cryspo. Ecce Heraclius Epiphaniam, Heracliotam, & Constantinum, qui Theodosium, & Constantem, qui Constantinum, Tiberium, & Heraclium: Constantinus verò Heraclium,

& Iu-

& Iustinianum, qui Tiberium: Ecce Leo Isauricus genuit Annam, & Constantinum, qui Leonem, Eudoxium, Christophorum, Nicephorum, Nicetam, Anthymum, Anthusam; & Leo Constantinum, qui Leonem; Ecce Nicephorus Tyrannus genuit Stauratium, & Procopiam, quæ nupta Curopalatæ Theophilactum, & Ignatium, quos Leo Armenus castrauit. Ecce Leo Armenus genuit Sabatium, Basilium, Gregorium, & Theodosium, quos omnes castrauit Michael Balbus. Ecce Michael Balbus genuit Theophilum, qui Michaelem, Teclam, Anastasiam, Pulcheriam, & Mariam. Ecce tandem Basilius Macedo, qui assumptus ab anno 867. peruenit ad annum 886. genuit Constantinum, Leonem, Alexandrum, Stephanũ, & quatuor foeminas: Scripteres ergo in recensendis Imperatorum filijs nõ videntur peperciſſe stylo, sed accuratè scripsiſſe: imò de illis scripserunt multa, quæ his de quibus agitur non sunt absimilia. Vt quod Valentis filius grauiter ægrotans, à S. Basilio visus, melius habuerit, acceptis verò obsequijs Arianorum, obierit. Quod Theodosius Archadij filius infans à matre S. Chrysostomi genibus sit admotus, idemquè deinde ægrotans S. Epiphanio sit commendatus. Quod Leoni S. Danielis intercessione natus sit filius, qui adhuc infans ab hac vita migrauerit. Quod ex Mauritij filijs vnum infectum lepra S. Theodorus Siceota curauerit. Quod Constãtinus Heraclij, iugi fuerit morbo detentus. Quod Basilius Leonis Armeni sectione virilium ipsi à Michaele Balbo facta, obmutuerit, sed tandem ope Nazianzeni loquelam recuperauerit. Itaque cum Scriptores Imperatorum filios accuratè recenseant, argumentum nostrum à scriptorum taciturnitate sumptum probabilitatem facit, donec validioribus saltem coniecturis infirmetur.

Cum hæc legisset Amicus insignis Pphilosophus, &

Theo-

Theologus (nomen taceo) addendũ censuit. Argumentum à me propositum non esse merè ductum ab authoritate negatiua, sed potius ductum à negatione eius, quod debebat necessariò poni, sicut enim dum Philosophus explicat rei naturam si aliquid non ponit, signum est non esse ponendum, & optimè tunc arguimus Philosophus hanc conditionem non posuit, ergo non est ponenda, & est validum argumentum, ita in casu proposito; Historicus narrans gesta Imperatoris dum quos genuit filios recenset, necessariò debet omnes recensere; si ergò aliquẽ non ponit, validè tunc arguimus, ergo Imperator hunc filium non habuit; quod vt diximus non est argumentum merè ab authoritate negatiua, quia dum hos tantum ponit, implicitè includitur alios non habuisse. Hactenus iste vir doctus.

Sed ecce ex tot filijs Imperatorum, leprosus, & mundatus inducitur Leo, nepos primi Leonis, Zenonis, & Ariadnæ filius. Qui paucis ab hinc annis in Epitaphio magno dictus est Henricus, nunc dicitur Leo: quot figmenta? nouum tamen figmentum detegit Baronius, *qui clarè ostendit Ariadnam nupsisse Zenoni anno* 470. *Ex eoquè coniugio natum primò Leonem, qui obijt infantulus triennio minor: deinde alterum filium, qui perditis moribus adolescens scribitur obijsse. Accipe totidem verba tom.6.ann.473. num.10. Hoc eodem anno natus ex Zenone genero Leonis Imperatoris, & filia eius Ariadna filius Leo, itidem aui nomine nuncupatus ab eodem est nominatus Augustus: sed à tempore assequutæ amplissimæ dignitatis vix decem elapsis mensibus infans, vt Theodorus affirmat, defunctus est, ut nescies, quid acceperit, quidue moriendo perdiderit. Porrò de eodem Leone nepote redarguitur erroris Nicephorus, vel alij, qui eiusdem reperiuntur fuisse sententiæ nimirum ipsum non in-*

infantem, sed adolescentulum, & deprauatis planè moribus fuisse in vitijs enutritum : quem constat, etiam si eodem anno, quo iuncta est Ariadna cum Zenone, natus esset; excedere minimè potuisse tertium ætatis annum, vt superius apertissimè demonstratum est : Testante præsertim vnà cum cæteris ipso Nicephoro non ante illud tempus datam esse in matrimonium Ariadnam Zenoni, quæ filio Asparis creato Cæsari fuerit desponsata.

Et anno 474. nu. 8. Reperitur apud Latinos Chronographos de Leone paruulo, ipsum ab interfectore à Zenone immisso, alio in locum eius supposito, subductum, atq; seorsum clanculo educatum, peruenisseq; ætate vsque ad Iustini Imperatoris tempora : sed hæc haud fidem satis certam inueniunt. Age nunc si Leo nepos scribitur infantulus obijsse, vel si perditis moribus adolescens, vel clanculo educatus, quomodo fingitur, vel adolescens, vel pius, vel cum magno comitatu in Italiam ab Imperatore missus?

Secundum argumentum est. *Quis cogitabit ab aliquo Imperatore constructam Ecclesiam, in cuius musiuo Symmachi Episcopi nomen, & non Imperatoris exaratum legitur? inquiet aliquis : probabiliter opinari licet, fuisse Symmachi opus Aediculam illam, quam Princeps à lepra mundatus amplificauit. Hæc opinio quatenus habet Symmachum esse primũ auctorem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, mihi videtur non improbabilis, & libenter Symmachum inter Episcopos veteris Capuæ numerarem. Quatenus verò opinio habet Principem leprosum, à Beata Virgine per Sorices mundatum ædificasse, vel amplificasse Ecclesiam mihi semper visa est improbabilis, & fabulosa propter primum, & alia, quæ sequuntur argumenta. Fortasse aliquis alius sciens hanc opinionem non probari, inquiet, probabiliter opinari possumus inscriptionem*

tionem significare, Symmachum Auctorem fuisse musiui tantum, & non templi: absit opinio, nam inscriptiones in absidibus Ecclesiarum positæ pertinent ad totum corpus. Olim intrà Capuam in absidè S. Benedicti musiuo depicta legebatur inscripto: Hoc Desiderius, qui & Victor Præsul, & Abbas cœpit opus, &c. *& certum est, inscriptionem loqui de tota Ecclesia, & non de ipsa tantum absidè: Quæ apud Vrbem in absidè S. Mariæ Maioris legitur vetusta inscriptio,* Xystus Plebi Dei. *Xystum ædificasse basilicam illam, & non solam absidem indicat: & in absidè S Agnetis ad viam Numentanam.*

Sursum versa, nutu quod cunctis cernitur vno
Præsul Honorius hæc vota dicata dedit.

Pertinet ad totam Ecclesiam, quam Honorius Papa fecit à solo, ac vndique exornauit. Ità quoque inscriptio, de qua agitur, non ad musiuum tantum, sed ad totam Ecclesiam pertinet.

Tertium argumentum est. *Et quonam pacto Ecclesia credetur antiquior Capua noua, si nec in portis, nec in muris, nec in pauimento, nec in tecto, nec in absidè vllum apparet præ noua Capua signum maioris antiquitatis?* Inquies, *est signum maioris antiquitatis in pauimento. est enim humili, depressoque situ, & in illud per quinque ferè gradus descenditur: Nullius momenti signum.*

Hic Capuæ plures Ecclesiæ habent eiusmodi situm: nempe Ecclesia Sancti Vincentij, S. Nazarij, S. Saluatoris Maioris, S. Ioannis Nobilium, S. Petri ad Pontem: Absis certè, quia non videtur habere iustam proportionem ad nauim, & alas, potest meritò censeri, fuisse iam pridem ante amplificationem factam, vel à Symmacho, vel ab altero: hoc tamen, quia nobis nihil obstat, nos ità fieri potuisse concessimus.

Quartum argumentum. *Imò quia anno* 880. *& ante,*

ante, Ecclesia S. Mariæ cognomento Suricorum extabat, si iam tùm vel gloria miraculorum, vel structuræ magnificentia fuisset tam insignis, in ea quippe ut insigniori Ecclesia diœcesis, diuiso Episcopatu Capuano per Ioannẽ Papam Octauum, decuisset consecrari Episcopum, & tamen consecratus est in S. Petro. Ità decuisset propter Canonum statuta, quæ iubent ne Episcopi in villis, & minoribus Ciuitatibus, sed in insignioribus locis, & frequentioribus populis ordinentur. Extant Canones apud Gratianum d. 80. apud Baronium anno 742. epistola Papæ Zachariæ ad Bonifacium: & tomo 1. epistolarum Summorum Pontificum, epistola quinta Papæ Damasi.

Etsi Papa Canonibus non subest, illis tamen reuerentiam exhibet, & quando iusta causa, quid contra illos agendum suadet, illis derogat vt minimum potest, & quantum permittit iustitia causæ, moderatur; vide Gratianum 1. q. 7. necessitas, & 26. q. 1. §. si ergo.

Itaque sicut Papa necessitate compulsus Episcopum extra Ciuitatem ordinauit, ita vt Canonum, quam maiorem posset rationem haberet, in Ecclesia, quæ magis erat insignis, ordinare debuit: quod & fecisse credendum est, ordinando illum in S. Petro, quando in S. Stephano Capuæ veteris ordinare non licebat, ne propter æquiuocum titulum, cum Episcopo Ciuitatis, vnus & idem videretur Episcopus.

Quintum argumentum. *Tandem si ab antiquissimo illo tempore fuisset in illa Ecclesia imago miraculosa, illa quidem imago, censenda esset illa ipsa, quæ est in mu siuo antiquior alijs: at illi specialem honorem, qui alijs miraculosis imaginibus exhiberi solet, exhiberi nunquam vidi.*

Inquies, *antiquior omnibus est quædam Imago parua picta coloribus. caue dicas, ne dicatur,* oculos habent,

& non videbunt: *omitto picturas linitas coloribus esse infra musiuum, ideoque censendas musiuo recentiores. Affero, quod est euidens: habent illæ characteres francicos adiunctos, & in inscriptione, quam Magistris Ecclesiæ procurantibus, Notarius Iulius Menecillus. memoriæ causa in acta publica retulit; apparent M, & E, maiuscula, non Romanæ formæ, sed Francicæ huiusmodi* ℳ ℰ *Vnde liquido constat, picturas illas non excedere tempus, quo Franci Regnum nostrum obtinuerunt. Ad hæc inscriptio illa à Notario exscripta,* Ecclesia S. Mariæ de Capua dedicata in Kalendæ Augusti. *nonne iuxtà sensum planum, et obuium significat Ecclesiam tempore dedicationis fuisse, vt nunc est extra Capuam.*

Ex hac inscriptione destruitur coniectura, quam aduersarij sumunt ex picturæ innouatione: Inquiunt illi. destructo tectorio picturas habente, subtus inuentæ sunt, aliæ similes: ergo censendum imagines fuisse antiquas, & deinde innouatas. planè sint picturæ antiquiores innouatæ: nihil enim refert, nam oportuit inscriptionem picturæ additam, fuisse & ipsam antiquiorem, & innouatam, atque ex antiquiori illo tempore significasse locum dictum Sanctam Mariam de Capua, & Ecclesiæ dedicationem existente iam Capua noua, contigisse.

Itaque picturæ linitæ coloribus, quæ nunc sunt, vel ibi erant, quia recentes sunt, & quia cum inscriptione in musiuo non conueniunt, nihil probant.

Inquies, *Picturarum magna auctoritas est; apud me non est maior auctoritas picturarum, quàm librorum: & quemadmodum libri multi reperiuntur apocryphi ità & picturæ: & sicut multæ narrationes scriptæ & longo tempore acceptæ, tandem inuentæ sunt apocryphæ & fabulosæ; ità & picturæ. Prob Deum immortalem, quot*

pictu-

picturas apocryphas, et falsas cernimus: Imago S. Lazari vlceribus pleni, & cum Mitra Episcopali, nonne talis est? olim in S. Rufo Capuæ, erat imago Saluatoris crucifixi, sed viuentis in Cruce, cum oculis apertis, quæ tamen habebat etiam vulneratum latus. Vidi Iconem habentem septem Angelos cum singulis nominibus proprijs, imò huiusmodi Icon typis expressa circumfertur, & tamen apocrypha est, cùm sancta Mater Ecclesia trium tantum Angelorum admittat nomina, vt videre est apud Baron. Tom. 9. an. 745. An picturas apocryphas conglobabo? addo solum ex Ciacconio de Papa Siluestro Secundo confictam fabulam, quasi malis artibus sit Pontificatum adeptus, & Diabolo sese tradiderit. fabula quidem, & tamen tantam credulitatem sibi conciliauerat, vt Presbyter quidem Cardinalis (o mirum) literis ex tessellis pauimentitijs efformatis, eam in basilica S. Helenæ, quæ est in templo sanctæ Crucis in Hierusalem, exararit. Ità quoque apud nos tantum fidei datum est confictæ fabellæ, vt illam picturis repræsentare voluerint. Proh dolor, proh dolor.

His argumentis alia non minus probabilia addi possunt: vnum à nomine Principis leprosi, dicitur ille dictus Henricus: videat prudens an hoc Henrici nomen Germanum, & Francicum Principi Græco benè attribuatur: alterum est ab ipsa forma Ecclesiæ, nam ut diligens amicus obseruauit, non est æqualis; præterea probabile non est, àrchitectum in amplo loco turrim campanarum tam propè portam ædificasse, & prospectum frontis Ecclesiæ ex parte impedire voluisse; extabat ergo turris, quando eò usque lõgitudo Ecclesiæ processit. prudẽs amici iudiciũ.

Fol. 194.

30 Lin. 15. verb. Capuani. Monitus sum in Ecclesiola S. Simmÿ, olim celebratum esse festum SS. Simeonis, & Iu-

& Iudæ; in quibusdam etiam actis Audientiæ nostræ Ciuitatis, Ecclesiolam illam satis clarè, Ecclesiam SS. Simonis, & Iudæ nuncupatam. Ideo; censendam, quæ in Inuentione S. Stephani fol. 529. SS. Simonis, & Iudæ memoratur vnà cum Ecclesia S. Thomæ, & Ecclesia S. Philippi de Turrepaldi, Ecclesijs quidem S. Simmio proximis. Accepi monitum, sed angor scrupulo propter nomen Rectoriæ, quod habuit Ecclesia dicta S. Simmij, non illa autem antiquitus dicta SS. Simonis, & Iudæ: illius enim Rectoria in Tassa anni 1375. posita f. 602. minimè recensentur. Itaque Symmachi, cum Simone confusum nomen, & cultus: non enim sunt nouæ huiusmodi nominum confusiones: Me puero, quidam Presbyter in Ecclesia S. Augusti, quæ extabat propè pagum S. Prisci, celebrabat in festo S. Augustini, & S. Augustus incipiebat credi fuisse Sanctus Doctor Augustinus. Augetur scrupulus ex eo, quod ædicula S. Simmij habet formam priuati potius Oratorij, quã Ecclesiæ, qualis etiam est ædicula S. Germani; sed fortasse Ecclesiola non multùm antiqua, attamen S. Simonis Apostoli: vt est, non est res magni momenti, quia locus non amplius est sacer.

Fol. 195.

31 *Lin.* 32. *post verb.* Conuenire. *Neapoli in Archiuo Regio adseruatur Regestum Roberti Regis, quod in signo* 1315. *litera B, fol.* 176. *habet ab illo Rege concessum Archiepiscopo Capuano, ut in festo* Natiuitatis Beatæ Mariæ mense Septembri nundinæ duraturæ per quinque dies celebrarentur circa Ecclesiam S. Mariæ de Capua sitam in casali S. Erasmi, propè ipsam ciuitatem Capuæ: qua in Ecclesia Rex ipse Robertus dicit se renatum sacro fonte Baptismatis.

Fol. 196.

32 *Lin.* 17. *verbo* Cœlesti. *Circa annum* 420.

S. Ioan-

S. Ioannes Euangelista Rauennæ consecrauit Ecclesiam sibi erectam. Vide Surium 31. Decembris in Sancto Barbatiano.

*Fol.*202.

33 *Lin.*8. *verbo* Petrus. *De hoc Petro meminit Petrus Damiani epist.*38. *hisce verbis*, Ecce quod nunc occurrit, dicam ad consolationem diuini mei Petri, qui olim ciuis fuerit Capuanus,nũc in militia est æterni Regis adscriptus.

*Fol.*202.

34 *Lin.*32.*verb.*Respondens. *Edidit duos hymnos de* S.*Francisco; alter incipit*, In cœlesti Collegio; *alter*, Decus morum Dux minorum. *In processionibus canunt illos Franciscani. Ex Roberto de Licio in serm.* 44. *de Sanctis.*

*Fol.*204.

35 *Lin.*11. *Hic Franciscus Carosius Capuanus ciuis & Canonicus cum esset decretorum Doctor eximius, gessit in Regno Locumtenentem Logothetæ, & Cancellarij; deinde creatus Episcopus Melphiensis. Ad Concilium Constantiense, à Regina Ioanna II. legatus est orator: Tandem translatus ad Tranensem Archiepiscopalem Ecclesiam, ibi mortuus est, ac in marmoreo tumulo super solum octo palmos eminente conditus, iacet cum opinione sanctitatis. Confirmauit opinionem quidam euentus. Quando enim S. P. Pius V. sua Constitutione præcepit, eminentia sepulchra ab Ecclesijs tolli, & pauimẽtis æquari, Tranenses sublatis eiusmodi nonnullorum sepulchris; quod est nostri Francisci propter subitam, improuisamq; exortam magnam tempestatem amouere non potuerunt, sed propterea eliminare illud intactum oportuit, vt hodie cernitur cum hoc epitaphio.*

Ca-

Capuanus hic clauditur Antiſtes mirificus,
Franciſcus diuinitus Tranenſis Archiepiſcopus
Caroſcorum natalibus, & bonis parentibus ortus
Simoniæ prauitatibus, & laſciuiæ ſermonibus ſemper extraneus
Norma erūatibus, & exēplar continētibus præcipuum
Eleemoſiniſq; deditus, & . . . . . .
Sapientiæ dogmatibus, & vtriſq; iuribus doctiſſimus
Regibus, & Principibus, ac Summis Pontificibus Eccleſiæ aptus.
M. CCCC. XXVII. Aprilis XXVII.

Signum gentilium eius, erat in campo aerei coloris, vulgo bronzino, faſcia rufa à ſuperiori angulo dextro ad inferiorem ſiniſtrum deſcendens, à qua media eminebat virile caput, imberbe, iucundo vultu, & breui capillo. Hæc habui à R. P. Nicolao Antonio Belabore Tranenſi pluries Præpoſito PP. Congregationis Oratorij in vrbe Neapoli, viro non minus prudentia, quàm eruditione inſigni; & à Bartholomæo Chioccarello I.C. ex archiuio Regiæ Syclæ. Hoc verò vocabulum Caroſius, eſt quale Caramilius, & Carantonius; prima enim ſillaba Car, eſt integræ vocis Carus, apocope; quare modò dicta, compoſita ſunt. Carus Oſius, Carus Aemilius, Carus Antonius.

Fol. eodem.

36 *Num. 23. Augustinus Pannonius, Frater ex Ordine Prædicatorum, Epiſcopus Lucerinus, atque tam quam de Sanctorum meminit Romeus.*

Fol. 205.

37 *Num. 9. Magnus Morula. hic qui dicitur Magnus, alijs eſt Marinus. Fuit primum Epiſcopus Terracinenſis, vt conſtat ex Regeſto Regis Alphonſi in Regia Cancellaria.*

Fol.

*Fol.*205.

38 *Num.*12.*N. Hic est Io.Antonius de Gallo,qui viuebat anno* 1529.*Colligitur ex quadam tassa decimarum,& ex inuentario antiquo Cameræ Archiepiscopalis.*

*Fol.*206.

39 *Lin.*7. *Præter Sertum Sacchi Episcopum Bisignanensem, quem in addendis memorauimus: sunt alij N.Archiepiscopus Brundisinus Rector S. Marcelli,& ibi sepultus: nomen, & genus adhuc mihi non cognitum: N. Episcopus Calensis ex familia de Madio, sepultus in Ecclesia S.Dominici, & notatus, sed absque nomine proprio in Tabella anniuersariorum die* 27.*Iulij. In Ecclesia Sanctæ Catherinæ signum Episcopi sepulti.*

Hoc anno 1637. *Alexander de Sibilia Theologus, Eminentissimi Card.Barbarini familiaris, Romæ consecratus Episcopus Capritanus, post paucos dies moritur, ab Vrbe non egressus.*

*Fol.*206.

40 *Post lin.*6. *Stephanus de Raho Canonicus Capuanus insignis habetur regnante Alphonso Primo: nam in Regesto eiusdem Regis legitur.* Rex Alphonsus Primus scribit literas ad generale Concilium Basiliense sub datum Capuæ die 24. Aprilis 1439. In secundæ mittens electionem factam à Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Casertanæ pro Episcopatu Casertæ in personam Venerabilis Domni Stephani de Raho Canonici Capuanæ Ecclesiæ, ac supplicat Rex ipse eidem Concilio,vt eam electionem approbare,& confirmare dignetur. Idem scribit Rex eius Oratoribus in eodem Concilio residentibus, vt negotium illud eius nomine cum Patribus dicti Concilij tractent,& procurent.

*Fol.*206.

41 *Lin.*16.*Alphonso de Azzia Magistratum S.La-*

Zari conceſſit Adrianus Papa Sextus, non obſtante contradictione Pyrrhi Caraſæ ann.1523. patet ex Regeſto Communè primo rerum Eccleſiaſticarum in Regia Cancellaria fol.8. obijt Alphonſus anno 1559. ſed ante iam Mutio de Azzia Magiſtratum renunciauerat: ex Commune primo rerũ Eccleſiaſticarum Ducis de Alcalà f.4. obijt Mutius anno 1564. menſe Iulio: cui ſucceſſit Ioannettus Caſtiglionus Clericus Mediolanenſis, Pij Quarti Cubicularius.

Fol. 8.

42 *Poſt nu.*740. Amandus. *menſe Septembri* 1634. *Incidit mihi in manus Epitaphium Epiſcopi Capuani, quod Alexander Ventriglia Iureconſultus iam pridem exſcripſerat. Erat Longobardo charactere ſcriptum in grandi lapide, qui apud Eccleſiam S. Mariæ Maioris amboni applicatus habebatur, tandem amoto choro, & ambone deſtructo, diuiſus, aptatus operi noui pulpiti, ſeù nouorum graduum. cùm verò temporis careat nota, hic locari commodè poteſt.*

1 Antiſtes populi multa virtute potentis
2 Lucendus cunctis ac tumulatur humo,
Vtilitate placens affabilis aptus, & almus
Inſtantis vitæ tempus in omne fuit.
5 Terrenas neclectus opes ſapienter egenis
Diſtribuens ſeruat has meliore ſolo.
Conſultus reſponſa dedit capienda ouibuſque,
Quæ facienda forent, non reſpuenda ſibi.
9 Hunc Capuana tulit queris, ſi Terra patronum
Clarus vtroque manens quippe parente pater
A puero ſacris elementis doctus habetur,
Diſcutit ad plenum myſtica dicta Patrum.
Reſpuit in mundo mundani ſtulta metalli
Diſcipulos imitans, Xpi Xpicolaſque pios.

E Heù quam magnos ſuſtollit ad æthera luctus
Turba quibus cunctis almus, & altus amor.
Præſul Amande D regno ſignate ſuperno,
Multa tuæ domui facta labore vigent.
Ipſe pijs manibus præbens alimenta miniſtras,
Cum quibus es dignus munera digna frui.
Semper in antiquis Patribus mirandus haberis,
Quorum dulce melos pagina ſcripta canit.
Carnis adhuc clauſtris, Autchare patrone tetentus
Tranſcendens mundum mente tuere Deum.
Ornaſti Eccleſias quiſquis cognoſcere mauult,
Reſtaurans plures ordine quamque ſuo.
Porta tibi Domino Chriſto venerande rogatu,
Pandatur Stephani Martyris arta poli.
Vixiſti cuius ſemper nutritus in aula,
Cuius & inſtinctu pontificalis honos.
Septem huic Eccleſiæ conceditur eſſe ſub annis
Totis imparibus menſibus æquè ſacer.

Notatiõ ad primum.

Virtute. *Virtutem, intelligo bellicam fortitudinem, & robur militum. Itaque etiam tempore Longobardorũ Capua erat vrbs antiqua potẽs armis, atque vbere glebæ.*

Ad 2.

Lucendus. *Itaque Longobardi pronunciabant c, pro g, lucendus, eſt lugendus: & infrà, neclectus, eſt neglectus. In eodem verſu eſt ac, pro hac.*

Ad 5.

Neclectus opes. *Agnoſco figuram, quàm ſynedochem græcam appellant; quando ſ. vtimur præterito participij; vt oculos ſuffuſa nitentes; lacerata comam; ſciſſa capillos.*

Ad 9.

Quæris ſi; *in epitaphijs frequens eſt formula; vt*
Hic ſoror eſt Damaſi, nomen, ſi quæris, Irenæ.

Hoc Epitaphium constat uersibus Acrostichis, i. quorum primæ litteræ nomẽ reddunt. Ego ex uersu 17 putabam nomen Episcopi fuisse Amandum; sed nunc scrupulo relicto dico esse AVTCHARE. est AVTCHARE quod nouo Romano Autchario nomen quod legitur apud Ba an. 113 n. 14.

Et

Hic congesta iacet, quęris si, turba piorum
Corpora Sanctorum. *Baron. in appendice ad annum* 384.

Ad 17.

Amande. *Loquens cũ mortuo dicere debuisset, Præsul amate; sed hinc nosce, amandum, esse nomen defuncti Episcopi proprium, habemus in Rom. Martyrol. Episcopos ità nuncupatos: habemus, Amandum Episcopum Surrentinum, memoratum à Capacio fol.* 527. *imò apud eundem fol.* 333. *est epitaphium Pagani habens nomen proprium Amandi.*

In eodem versu est D, *intellige Dei, nam intra* D, *est i.*

Ad 20.

Frui munera. *Veteres Latini, hac re, & hanc rem frui dicebant. Tertullianus etiam in exordio libri de Patientia. Quod frui, habet.*

Ad 23.

Aut. *pro haud .i. non, & sensus est, Episcopum viuentem minimè impeditum fuisse à corpore, quin mente cęlestia contemplaretur; quare in eo versu tetentus, pro detentus, seù retentus.*

Ad 27.

Domino. *Credo, exscribendum fuisse Domini Christi, vt sit sensus, O venerande Christi Domini, quod si legimus Domino, potest esse more Poetarum, ablatiuo absque propositione, & sensus erit, A Domino Christo pandatur tibi arta porta poli.*

Ex hoc versu habemus, absque vllo dubio, Episcopum sepultum fuisse in Ecclesia Sancti Stephani: mos enim vt defunctus commendetur Sancto, in cuius Ecclesia tumulatur. Habemus in historia Neapolitana Capacij plura exempla.

*Fol.*18.*in epitaphio Cęsarij sepulti apud S.Ianuarium.*

Sancte Ianuari, quod peto, posce Deum.

*Fol.*135. *in epitaphio Theodini sepulti in Diaconia S.Andreæ.*

Confugientis ad tuum suffragium, lætus amplectere
ossa putrida, tabefacta Apostole Dei.

*Fol.*140. *in epitaphio Stephani apud S.Ianuarium.*

Hæc Christi Martyr Ianuari deposco,
Vt per te meis delictis ignoscat Sabaoth.

*Fol.*150.*in epitaphio Euphemiæ sepultæ apud S.Ioannẽ.*

Inclyte præcursor Domini, & Baptista Ioannes
Digito deuotè sæpè precando Deum.

*Habemus exemplum in epitaphio Ludouici Regis, sepulti apud S.Dionysium, refert Baron.*1140.

Sancte Dionysi, qui seruas corpus humatum
Martyr, & Antistes Ludouici solue reatum.

In parochiali S. Nazarij intra nostram ciuitatem.

Surgere me credo, vt tenet alma Fides,
Nazario implorante sacro miserante Domino
Ignoscendo mihi cuncta relaxa mala.

In Ecclesia Prępositurę S.Vincẽtij habetur hoc epigrãma.

Nobilis Vrbanus iacet hic situs Octauianus,
Cui Marcus natus moriens est associatus:
Ambo quidẽ Monachi sanctissima iura sequẽtes,
Per te Vincenti pietatis dona petentes:
Ergo tuis Monachis Pater miserere benigne,
Vestris perpetuò meritis liberentur ab igne.
Parce, precor, miseris, qui carnis morte tenẽtur,
Vt iustis animis per te Pater associentur.
Hos imitata, Pater, moriens coniux quoq; mater
Coniugatur eis, nec spiritus occupet ater.
Hæc apud Ecclesiam Sancti translata Ioannis,
Suscipiat requiem, nec eam voret igneus amnis.

Alia

Alia similia passim occurrent: quare tabula illa marmorea ab Ecclesia S. *Stephani Capuæ veteris, ad Ecclesiam* S. *Mariæ translata fuit.*

Neque vmquam mihi persuadebo Canonicos Sanctæ Mariæ fuisse adeò irreligiosos, vt voluerint destruere sepulchrum Episcopi in illa Ecclesia sepulti, & vti illa tabula ad opus ambonis. Itaq; destructa Ecclesia S. Stephani, destructoque sepulchro, translatus est alio lapis.

Ad 30.

Pontificalis honos. *Hic versus trigesimus coniungitur sequenti. & sensus est: Pontificalis honor conceditur esse huic Ecclesiæ, sub septem annis. Pontificalis honor, scilicet tui Episcopi defuncti.*

Ad 32.

Totis. *Obscura sententia. Si dictio, totis, iungitur dictione annis suprapositæ: sensus est, illum fuisse Episcopum totis septem annis .i. septem annis integris, et completis, necnon in mensibus paribus, idest, tot etiam mensibus, quot fuerat annis.*

Si dictio illa, totis, refertur ad illam, mensibus, sensus est, illum fuisse Episcopum per vndecim menses supra septẽ annos, quia menses pares, seù impares sunt, primus, tertius, quintus, septimus, nonus, et vndecimus, qui ergo viuit totis .i. omnibus mensibus imparibus viuit vndecim mensibus. pulchra perifrasis.

In eodem versu per Sacrum, *intellige Episcopum, apud Baron. Tom.* 12. *in Appendice,*

Iste Sacer Domini, qui post seruauit ouile.

Tandem obsecro frequentissimum fuisse, concludere epitaphia numero annorum quot Episcopi in Episcopatu vixerunt.

*Fol.*230.

43 *Lin.*5. *verbo* Ditata. Morem pingendi totam Eccle-

Ecclesiam vide in Chr. Cass. l.4.cap.8.vbi dicitur dilata fuisse consecratio Ecclesiæ S. Martini, quoniam picturæ, & pauimentum absoluta non fuerant: fuisse hunc etiam Græcis morem innuit Anastasius in Gregorio Secundo, quando agit de Imperatore cogente, vt depictas Ecclesias dealbarent.

*Fol.*231.

44 *Post lin.*5. 428. Petrus electus memoratur in Regesto Petri Diaconi apud Casinum, legitur ibi Petrum electum Capuæ, obtinuisse à Landulfo, & Atenulfo Principibus confirmationem Abbatiæ cuidam Abbati Ioanni.

Fol.231.

45 *Lin.*21. *verbo* Simmachus. Si quis vnquam vel certa ratione motus, vel probabili ductus coniectura, putauerit S. Symmachi nomen inter Episcopos veteris Capuæ numerandum, ego iam nunc libenter adhæreo. Et is cogitet rogo, num S. Symmachus videri possit esse ille Symmachus, qui S. Paulino Episcopo Nolæ morienti, legitur adfuisse.

*Fol.*232.

46 *Lin.*17. *post* 990. Hyhabaldus Archiepiscopus tempore Rofridi Abbatis Monasterij S. Vincentij de Vulturno, qui Abbas obijt anno 998. cum sedisset annis 14. Chioccarellus in suis collectaneis manu scriptis ex m.s. Chron. S. Vincentij.

*Fol.*235.

47 *Lin.*19. *verbo* Nunc in. Non Herueus, sed Herueo Archiepiscopo Clerici Capuani cum Cassinensibus disceptauerunt de Ecclesia S. Angeli: nec Romæ in Concilio, sed Capuæ disceptatum est; videtur tamen disceptatio contigisse commorante apud Capuam Papa Gregorio sui Pontificatus anno primo,

&

& proinde ante factam de Concilio mẽtionem, oportuisset in Chron. memorari disceptationem.

*Fol.*236.

48 *Lin.*9. Isernienſis Eccleſia adhuc adſeruat diploma, per quod Herueus iure ſuo Metropolitico aſſenſum præbuit, vt Comes illa in ciuitate puellare Cœnobium, in Iſernienſis tamen Epiſcopi iuriſdictione permanſurum extrueret. Diploma datũ ann. 1080. ſubſcripſit etiam Sichenolphus Archidiaconus.

Fol. 237.

49 *Lin.*30. *verbo* Anacletum. Hic Anacletus Antipapa moratus eſt Capuæ per plurimos dies etiã anno 1131. Falco Beneuen. fol. 255.

*Fol.*238.

50 *Lin.*7. *verb.* N. Gulielmus Rauennas ab Alexandro Teleſino Abbate l. 3. ſcribitur electus cum conſilio Rogerij, ex eo quod anteceſſor in ſimoniaca prauitate repertus, depoſitus fuerat.

*Fol.*238.

51 *Lin.*20. *poſt verb. Neapolitani.* Quod ſcribit Ioannes Chenu Bituricenſis in hiſtoria Oronologa Epiſc. & Archiep. Franciæ in catalogo Epiſcoporum Dolæ fol. 172.

*Fol.*238.

52 *Lin.*32. Hic Alphanus interfuit Concilio Lateranenſi trecentorum Epiſcoporum anno 1189 celebrato ab Alexandro Papa III. Cum eo interfuerunt ex comprouincialibus. Petrus Theanenſis, Rainaldus Benefranus Rainaldus Aquinas, Herueus Sueſſanus, & Porphirius Caſertanus. Ex Ioanne Picardo in notis ad Gullelmum Neubrigenſem Anglum de rebus Anglijs l. 3. cap. 2.

Fol.

Fol.249.

53 *Lin.*15. Hic Raynaldus Secundus est ille, de quo Richardus Sangermanensis meminit anno 1222. narrans Comitem Acerrarum adijsse Celanum ad Comitem Celanensem oppugnandum, & iuisse cum eo Abbatem Cassinensem, & Raynaldum Archiepiscopum Capuæ, qui in itinere subita, & improuisa morte correptus interijt.

Fol.249.

54 *Lin* 18. *verbo* Parmense. vbi dicimus quemdam Parmensem; legendum est quemdam Pattensem: Pacti sunt ciuitas in Sicilia, cuius Episcopatus Liparitano nunc est vnitus.

Fol.260.

55 *Post lin.*13. Sequenti sæculo extitit alter Petrus de Vineis, qui anno 1343. & 1344. dicitur Regis Consiliarius, & familiaris, & in Curia Vicariæ Iudex ordinarius, & Iudex primarum appellationum Comitatuum Prouinciæ, & Forcalquerij. Hic secundus Petrus filium habuit Nicolaum, qui anno 1390. dicitur Cambellanus, & Capitaneus Piperni. ex Regio Archiuo Neapolis.

Fol.260.

56 *Lin.*18.*verbo* Alex.III. lege Alex. IIII.

Fol.264.

57 *Post lin.* 13. Hic Andreas Pandonus filius Adenulphi Pandoni fuit nepos Bartholomæi de Capua, & primum Archiepiscopus Brundusinus ex instr. an.1296.signato nu.10. penes Dominos de Franchis Neapoli.

Fol.264.

58 *Lin.*22. *verbo* Capacius. Quæ Capacius de Ingeranno Stella scribit maiori ex parte leguntur in

Archiuo Regię Siclæ, vbi etiã legitur, Hunc testamento condito, redditus constituisse ad beneficium scholarium Studij Neapolitani. Quod dicitur de examine scholarium, elicitur ex Nicolao de Neapoli in l. sed & reprobari, de excus.tut. inter lecturas Bartoli. Quod autem dicitur de oratione habita in canonizatione S. Thomæ, habetur in Chronico virorum illustr. Ord. Præd. constitutionibus adligato.

Fol.265.

59 *Lin.19. verbo* Richardus. Adde in margine omissum numerum 1334.1348.

Fol.266.

60 *Lin.26. verbo* Frater. Vesianus Renlandus, fuit ordine Franciscanus, ex Episcopatu Eugubino ad Capuanum Archiepiscopatum assumptus. de eo fusè VVadignus in annal. an. 1350.

Fol.271.

61 *Lin.7.* Ex Regio Archiuo anno 1314 lit. B. fol.102. & fol.109. constat Ecclesiam Capuanam habuisse vassallos in Marzianisio Campocipro, Ayrola, Trentula, Ercula, S. Maria Maiore, S. Castrense, Villa noua, de Terralanei: in Graczanisio, Caczoli, Arnone, Castellucio, Rosella, Castro ad mare, S. Blasio, & S. Clemente, Casanoua, S. Ioanne de Turri, S. Stephano Carezane, Cancello, Grazano de Terra Cancie, & in Pantoliano, Bucia, Mustardino, Borleano, Pizone; de territorio Calui in Sorbello, de territorio Suessano in Scarpato, S. Helena de territorio Teani; in Sillano, Alfredi, de territorio Casertano.

Fol.274.

62 *Post lin.33.* Hic Nicolaus primum Episcopus Tropiensis, vt legitur anno 1419 & 1420. deinde Archiepiscopus Capuanus, interfuit generali Concilio Flo-

Florentino. Cui & Bullæ Eugenij IV. super vnione inter Græcos, & Latinos in eodem Concilio facta subscripsit die 6. Iulij ann. 1439. ex Bzouio Tom. 16. fol 633. Creatus Cardinalis, cognomento dictus est Cardinalis Capuanus. Flagrante bello inter Alphonsum primum, & Renatum. Cardinalis noster constanter à Renato fuit, quapropter Alphonsus victoriam consequutus eum Archiepiscopatus Capuani, et Abbatiæ Beneuentanæ S. Sophiæ, et Auersanæ S. Laurentij, et de Caprilla nuncupatæ, aliorumq; beneficiorum possessione priuauit. Quia verò in potestate Renati Castrum nouum, et Turris S. Vincentij tantum remanserant, hæc Renatus desperatis omnino rebus suis Alphonso cessit, pactis tamen quibusdam initis, inter quæ vnum de restituenda Cardinali Capuano possessione Archiepiscopatus, et beneficiorum. Quare Nicolaus omnia recuperauit, præter Abbatiam S. Sophiæ, de qua Rex iampridem disposuerat. *Ex literis Regis Alphonsi datis Fogiæ die 24. Nouembris 1442. quæ in Auersano S. Laurentij Monasterio conseruantur.*

Hic ab Eugenio Papa, à quo Cardinalatum acceperat pulsus Roma actus in exilium est, eumque Papa neque moribundus, et à Cardinalibus obsecratus reuocare voluit: sed Eugenij sequuta iam, et audita morte, Romam venit, magnoque populi, et Cleri fauore exceptus exequijs interfuit, et pro illo preces fudit, qui ipsum in exilium miserat. ex manu scripto libro Aeneæ Syluij Piccolominei de morte Eugenij IV. et creatione Nicolai.

Fol. 276.

63 *Post lin. 4.* Epitaphium, quod est in Cappella S. Luciæ ità se habet.

D. O P. M. S.
IOR. GAY. ARAGONIVS PONTI.
Capu. Patriar. Antiochenus
Pietatis, ac iuſtitiæ cultor
Humanam imbecillitatem exiguum
Vitæ curriculum incerti obitus
Incertam diem conſiderans H. S.
Sibi vi. erexit, parauitque
An. ſal. noſt. M. CCCCLXXXXVI.

Sunt in ipſa Cappella inſignia domus Caetanæ, quibus in vno, eodemque ſcuto à dextra ſunt adiuncta inſignia Regum Aragoniæ: talia quoque cernuntur in picto pauimento Theſauri, nec non in ſedibus chori. Quid verò Caetanis cum Aragoneis? Accipe. Cum neptis Ferdinandi Primi Regis ex eius primogenito Alphonſo, nupſiſſet Honorato Caetano Fundorum Comiti. Rex Ferdinandus eidem Honorato priuilegium fecit, vt ipſe, filij, nepotes, poſterique omnes eſſent, & vocarentur è domo Aragonea. Quia verò priuilegium illud Iordanum Archiepiſcopum Honorati fratrem non comprehendebat; ideò alterum ſpeciale priuilegium Iordano factum eſt à Ferdinando. Inuentum eſt originale hoc priuilegium, quod ità ſe habet.

FERDINANDVS DEI gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, &c. Reuer. in Chriſto Patri Iordano Gayetano Antiochien. Patriarcæ, & Archiepiſcopo Capuano Conſiliario fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Conſueuerunt maiores noſtri ſapientiſſimi viri benemeritos homines, ac virtutibus claros honoribus proſequi, & titulis honeſtare, vt & orna-

ornamentum virtutibus adderent,& alios tali quoque exemplo inuitarent ad gloriam, hinc existunt decreta illa in erigendis statuis,in scribendis titulis, vt non solum præsentes,verum etiam posteri magnorũ virorum egregia facinora cognita haberent, qualia exempla secuti sunt Reges,ac Principes incliti viros insigni virtute præditos varijs honestamẽtis,& honoribus libenter sunt prosequuti: censentes ad seipsos potissimum hoc pertinere,etenim nobilitare virtutem, illustrare ingenia, honestare illos, in quibus animi magnitudo eluceat, videtur proprium esse Regum, & alij quidem Reges in alijs honestandis hominibus ob alias, atque alias causas diuersis ornamẽtorum generibus sunt vsi. Nos autem cùm multa iure esse prospeximus digna, quæ honorari à nobis debeant,cùm plurimas profectò virtutes in te sitas esse intellexerimus, ac multa, magnaque vigere merita. Iure ipso commoti, atque adducti sumus vt te ipsum, egregiasque virtutes tuas, & honoribus exornemus,& titulis illustremus. Et quamquam ad ampliora,insignioraq; in teipsum conferenda voluntas nostra intendat, te tamen in præsentia eũdem Reuer. Iordanum, quem affinitatis vinculo neptis nostræ ex Illustrissimo, & carissimo primogenito, & Vicario Generali Alfonso de Aragonia antea deuinximus ad maiorem amoris nostri declarationem, licet ipse per te sis satis nobilis, & illustris, tenore præsentium de certa nostra scientia, proprioque animi nostri motu meritis quidem tuis hoc expoſcentibus in familiam nostram, & in domum de Aragonia asciscimus, ascribimus,& annumeramus. Volẽtes quod de cetero, & in futurum sis, & appelleris de domo, & prosapia de Aragonia, atque in omnibus actibus, titulis, negotijs,& gerendis,atque agendis rebus inscribaris, & appelle-

pelleris, de Aragonia, & de eadem nostra domo, & familia sit, & appelletur tuum cognomen. Præterea ad te magis, magisque illustrandum etiam serie cum præsenti plenam, atque amplam tibi conferimus potestatem arma nostra deferendi,& faciendi, quibus quidem armis donamus, & insignimus vtendis, deferendis, & faciendis, quemadmodum inferius figurantur.

Tu igitur quod virtutes exigunt tuæ, id effice, & præsta,vt honori,ac decori sis armis, & cognomini nostro, quod te præstiturum virtus nobis tua videtur omnino permittere. In quorum fidem præsentes magno pendenti nostro sigillo iussimus communiri. Datum in Castello nostro nouo Ciuitatis Neapolis per Magnificum I.V.D. Consiliarium nostrum dilectum Andream Mariconda Locumtenẽtem Illustris viri Honorati de Aragonia Gayetani Traiecti,Fundorumq; Comitis Regni huius Logothetæ, & Prothonotarij Collateralis Consiliarij nostri dilectissimi,die xvi. Augusti M. CCCCLXXXXI. Regnorum nostrorum anno trigesimo quarto. Rex Ferd.



Dominus Rex mandauit mihi Io. Pontano.

L.

De mandato Regio. Iulius de Scorciatis Locumtenens Magni Camerarij. Not.

Registr. in Cancellaria penes Cancellariũ in Regist. Partium vj.

Sigil-

Sigillum magnum Regium appensum diplomati habet ab vna facie Regem sedentem in solio, duobus leonibus sustentato: habentem in dextra sceptrum, & in sinistra globum cum Cruce. Prope solium à dextra sunt arma, idest insignia Aragonum: à sinistra insignia Regni Hierusal.i.Crux. In circuitu, Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hierusalem, & Vngariæ. Ab altera facie est Eques totus à capite ad pedes armatus, habens gladium euaginatum in dextra, & in sinistra scutum cum insignibus Aragoneis: sedet Eques, super equum pulcherrimè phaleratum. In circuitu, Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.

Fol.303.

64 *Ad lin.16. 1627. ad lin.vltimam.* Hic obijt Neapoli anno 1633.die 16.Septemb.circa horam 22. die sequenti, quæ fuit Sabbatum, sepultus est Capuæ in sepultura Cæsaris Costæ.

1635 Hieronymus de Franchis Patritius Capuanus, ortus Neapoli patre Vincentio de Franchis, Sacri Consilij Præside, æternæ memoriæ: ex Episcopo Nardonensi Archiepiscopus Capuæ; per procuratorem possessionem cepit in Epiphania anno 1635. ipse verò Capuam non ingressus, obijt Neapoli infra paucos dies, scilicet eiusdem Ianuarij die 30.

1636 Camillus Meltius Patritius Mediolanensis Locumtenens Auditoris Cameræ Apost. vacantem Ecclesiam multis ambientibus à Domino PP.Vrbano Octauo ex proprio motu electus, possessionem cepit. die sexto Martij per procuratorem, quem & Vicarium constituit Mutium Vespesianum virum in Sanctuario, aliàs nominatum. Audita eius electione, mirum est dictu quantam expectationem nobis virtutum eius fama commouerit, quantoue desiderio animos affecerit

eum

eum excipiẽdi quamprimùm. Capitulum suos Oratores ad eũ misit, qui ad osculãdum SANCTISSIMO pedes, admissi, ab illo supremo ore audiuerunt Ecclesiæ Capuanæ prouisionem ideò dilatam, quia est Ecclesia non omni Prælato condigna: Papale verbum: magnum verbum, quod Ecclesiæ, & Prælati simul dignitatem expressit perinde ac dictum, *Dedimus dignũ dignæ*. Tandem die 22. Aprilis solemniter ingressus est Capuam, exceptusq; cum magno, & communi omniũ gaudio. Septem viri ciuitatis, qui Romam Oratores ad eum post Capitulum miserant, venienti Suessam vsque præter morem obuiauerunt, & ingredienti obsequia maiora solitis præstiterunt. In hoc solemni, & desideratissimo aduentu, mea quoque rudis Minerua nonnulla emblemata effinxit, quibus & mea humilis Musa versiculos addidit.

1 *Mulier sedens prope cupressum vidua, ad cuius pedes Mitra, à latere Crux Archiepiscopalis erecta.*

Ad Ecclesiam Capuanam de electione Antistitis.

Sponsa iam tandem Capuana, longum
Pone moerorem, viduæque luctum:
En tibi sponsum miserans Olympus
Seligit almum.

Ambitu multo rogitatur orbis
Pontifex, Sanctus Pater ille sacro
Te cui, nexu sociare posset
Non videt vllum.

Cordis at motum proprij sequutus
Seligit sponsum tibi Sanctus vnum
Digna quem dignum teneas amanti
Corde Camillum.

Meltia

Meltiæ Gentis generosa virtus,
Ac Dei dextra cumulante, dona
Hunc virum tota celebrant in Vrbe,
Orbeque toto.
Surge iam sponsa, & cape iam coronam:
Gratias cælo referas benigno,
Hocce quod sponso tibi pollicetur
Prospera cuncta.

2 *Nuncius electionis.*

Gallus expansis alis, & ore aperto.

DVm Patrem Capuæ dat nuncia Fama Camillum,
Pectoribus surgit blanda repente quies.
Blanda repente simul consurgunt gaudia cunctis:
Cuncta repente capit, cordaque magnus Amor.
Tanta manet virtus auditi nominis. Orbi
Sic hilaris quæ vox nunciat alta diem.

3 *De Aduentu Dialogismus.*

Facies Templi, in qua est auis cephala.

ALta quid ingemitis sacrati culmina tecti?
En caput abscissum nostra volucris habet.
Iam procul abscedant gemitus, magnamque Tonantis
Emissam Roma suscipe culmen Auem.
Aduolat? & nobis volucrum Regina sedebit?
Disiectam virtus, restituetque Domum?
Sic fiet: Stephanique Domus antiqua resurget
Gloria, Maiestas, suspiciendus apex.
Summe Pater Mundi sit Aui longæua senectus,
Sit nobis longa prosperitate frui.

4 *Ingressus.*

S. Stephanus ostendens lapides, & S. Agatha vber fluens lacte.

EXcipimus læti: subeas sacra tecta Camille,
Et viuos lapides dilue lacte, SACER.

5 *CAMILLVS.*

Puer in habitu sacro manu tenens Acerram thuris.

SAcrorum Pueros Prisci dixere Camillos.
Nunc omnis Præsul ritè Camillus erit.
Pontificum splendor quoniam specimenque Camillus
In titulum nomen transferet ipse suum.

6 *MELTIVS.*

Liber, & super eum Apis.

MEL sono, IVSq; sono, dum Meltius exit ab ore,
Sed NOTA, Forma Crucis, iungit utrũq; sonũ.
Disco. Vir hic sapiens, dulcique repletus Amore,
Dum Cruce Campana Pontificatus ouat;
Vt sibi commissum placidè conseruet ouile,
In Crucis obsequium mellea Iussa dabit.

7 Gentilitium.

HAec minio fulgent, auroque, Iouisque volucre
Stemmata, quæ tollit Meltia clara Domus.

Doctis

Doctis clara viris, opibus, fortique labore,
Quem tulit Austriaci pro ditione sui.
Sed quæ ciuili fulgent clarissima fastu
Apta ministerio sunt quoque signa sacro.
Si pars ima rubet charum mihi signat Amorem,
Quo pascis, Pastor magne Camille gregem.
Aurea si super est, sapientia nosciturinde,
Qua Pater ipse Domum magne Camille regis.
Si volucrum Regina volat super æthera: nosco
Præcellens virtus, quò tibi monstrat iter.
Campanus ciuis Christo, Regique fidelis,
Hæc vtrique libens dedita signa colo.

8 Vulturnus cum vnda flaua.

CVr Vulturne mihi flaua perlaberis vnda?
Aurea nam Melii munere mella traho.

9 *Tifata cum Aquila in vertice, & Pastore in radice.*

Pastor, & Echo.

P. *GAudia cur nobis tanto clamore Tifata?*
E. *Fata.* P. *Quid ex fatis?nãq; morosa?* E. *Rosa.*
P. *Fata rosas? ergo iam tempora verna reducunt?*
E. *Ducunt.* P. *Forte dabunt tollere posse mala?*
E. *Ala.* P. *Num adest volucrũ Regina, Louisq; Camilla?*
E. *Illa.* P. *Superuolitans dic fugat omne rapax?*
E. *Pax.* P. *Phœbi ne suos dic tollet ad usque volumen?*
E. *Lumen.* P. *Clara colo: tuta Tifata colo.*
E. *O.* P. *O vos celebrem posito felicia nido.*
E. *O.* P. *O fistula sic, ò, resonabit.* E. *Abit.*

10 Campi floridi rubescentes.

FElices campi, felicia prata rubescunt,
En Melti minio ver redit, atque nitet.

11 *Hilaritas:*

Pars gentilitij aurea.

AVrea lux Capuæ surgit, tenebrasque repellit,
Dulcisonæ surgant, & modulentur aues.

12 *Exemplum vitæ Christianæ.*

Pars gentilitij rubra.

ECce rubet Campus: Christi data Coccina Campo.
Sic rubeat Capuæ sub Cruce magnus ager.

13 Vigilantia.

HAec procul, & prope Luminibus discernit acutis.
Sic vigil est oculus magne Camille tuus.

14 *Labor Apostolicus.*

Campus segetis maturæ.

FArra Camille metes. quisquis iam dixerit olim
Prædixisse tibi, magne Camille reor.
Christi multa seges Campano albescit in agro,
Hic pia Tu Messor Farra Camille metes.

15 Dei

15 *Dei legatio.*

MERCVRIVS.

A Ioue Mercurius Terris, qui iussa ferebat,
Dictus ab Hetruscis ille Camillus erat.
Campani genus Hetruscum hoc præsente Camillo
Dicimus: ecce Dei Nuncius almus adest.
Eloquij candore sacro cælestia pandit,
Prævolat, & penna præpete signat iter.

16 *Reprehensio vitiorum.*

Canis habens collare cum clauis ferreis, eminentibus.

ROmulea mittor Capuam venator ab Vrbe,
Me Collum circA MILLVS acutus obit.
Sic munitus eo, nec lædor dente ferarum:
Non neco, sed Domino sit (volo) præda cicur.

CAMILLVS MELTIVS
Anagramma.

ASSIT MELLICVLVM.

17 *Castæ blanditiæ.*

Columbus, & Columba.

BLanditur Campana suo dum Ecclesia sponso,
Vt charæ charus viscera noscat Amans.
Ore verecundo hæc fatur sua blandula verba
ASSIT MELLICVLVM, Mi meus assit Amor.

CAMILLVS MELTIVS
Anagramma.

SI LAC, TELVM SIMVL.

Man-

18 *Mansuetudo, & Iustitia.*

Vacca cum vberibus distenctis, & fluentibus, & fronte ad feriendum.

PRædicat ingenio dulcẽ si hũc Fama SACRATVM:
Quam bene, namque bonos vbere matris alit.
Illa sed ingenio rigidum si narrat eumdem:
Quam bene, nam Iustus fronte scelesta ferit.
Hunc tibi si dulcem sentis, ne perde timorem,
Si rigidum, dulcis spes tua corda leuet.
Iam bene cum placido rigidum copulatur: & hic SI LAC, TELVM SIMVL: & quã bene munus agit.

19 *Vnanime Iubilum.*

Organum.

HOc si nouatur organum
Fert omen alti iubili,
En iubilans Ecclesia
Capuana, voce consona.
Diuersa concors fistula,
Gens parua, maior, nobilis
Ad astra voces efferunt,
Et dant Camillo gloriam.
Christo sacrati vertices,
Fidumq; Christi sæculum
Nuptæ solutæ Virgines
Linguis eisdem concinunt.
Camillus almus Pontifex
Parens, & ipse prouidus,
Et ipse Pastor diligens,
Sponsusque melle dulcior.
Leuis Fauoni flamina,
Leneſq; lapsus fluminum,
Tecliquè fronde Garruli,
Gratè secundant tempora.
O grata Veris iubila,
O vera Veris tempora.
Tu mi Camille iubila,
Tu mi secunda tempora.
Tibi nouantur organa,
Camille viui pectoris,
E tu Camille iubila
Per omne tempus insimul.

20 *Mu-*

20 *Mulier gloriosè amicta, habens intra manus coniunctas Crucem Archiepiscopalem, & respiciens ad radios lucis.*

Exultatio rhythmica Ecclesiæ Capuanæ.

GEns Campana Deum laudo,
Gens Campana læta plaudo:
Laudo, plaudo gens Campana,
Namque mea spes non vana.
Ecce bonum quod optabam,
Ecce bonum quod sperabam:
Deo dignus ecce Pater,
Plaudo, plaudam terque, quater.
Talem virum iam cupiui,
Et à Deo iam petiui,
A quo possem adiuuari,
Et ad cælum excitari.
Cerno coram me Camillum,
Cerno Patrem, Patrem illum
Datum mihi Dei donum,
A quo sperem omne bonum.
In Vrbe, cui sus lanatus
Dedit nomen, hicce natus:
Inde Romæ commendatur,
Et vas Deo præparatur.
Meltiorum stirpe clarus,
Fit virtute vir præclarus:
Mole Fori vir onustus
Nuncupatur verè iustus.
Romæ functus magistratu
Hos ter magno Præsulatu
Nostro dignus Capuano
Iudicatur ab Vrbano.

Sanctus Pater modo miro
Laudat quantum sint in viro,
Cum doctrina sancti mores,
Audierunt Oratores.
Huius vultum intuemur,
Eia vultum veneremur,
Veneremur, & canora
Nostra semper sonant ora.
Iò Camille, Iò Camille,
Vultus pulcher, & tranquille,
Iò Camille: lux, & dies
Aduenisti blanda quies.
Blanda quies, ò Camille,
Annos centum, annos mille
Viue, viue mi Camille.

HAec ipse tunc præcurrente fama gratulabundus: addo nunc, famam experientia comprobatam. Do pauca ex multis quę hoc breui exacto tempore sumus experti. Quia vir Christianæ religionis zelo plenus, cum paulo post suum ad nos accessum, aduenisset mille, & amplius Vltramontani milites à Prorege missi; vigilans cognouit inter illos adesse Lutheranos, & Caluinistas, & absque mora ex Ordine Dominicano Concionatorem, & ipsum Alemannum Neapoli acciuit. Dei beneficio factum est, vt octo Hæretici conuersi hæresim abiurarint. Item Pœnitentiariæ munus in Cathedrali iampridem institutum, sed nescio quo casu deperditum, noua institutione restituit. Seminarium quoque Clericorum ad pristinam, & à Tridentini cupitam disciplinam reuocare studet. Quia misericors erga pauperes, & mundus à munerum sorde, munera non pauca, non parua, quæ Capuani tam Cle-

Clerici, quàm laici gratulantes felicem aduentum obtulerant, vno die pijs locis distribuit omnia, nec cessat in dies elargiri, quod potest. Quia ecclesiasticæ disciplinæ acerrimus cultor visitationi Ecclesiarum tanta incumbit cura, vt omnia, minima licet, per seipsum audiat, cognoscat, & proprijs oculis intueatur: Clericos insolentes, absque personarum exceptione, compescit: violatores Ecclesiarum, etsi militum Duces, anathematis mucrone percellit: Gabellarum exactores à Clericorum iniuria sola anathematis comminatione deterruit. Omnem ecclesiasticam immunitatem intrepidus defendit. Quia bonorum Christi conseruator, atrium Templi, & palatium resarciuit. Iurium mensæ conscriptiones authenticas innouari curat. Archiuum pro mensa vnum, pro Tribunali alterum constituit. Quia verè pius, quæ Iesu Christi sunt habens in oculis, in Concionatoribus mittendis, in Confessarijs approbandis, in beneficijs cõferendis nullo humano mouetur affectu. Quia prudens, grauioribus in negotijs viros, qui rerum, de quibus agitur, periti existimantur, libenter conuocat, rogat, audit, & semper ad id, quod melius est, intendit animum. Quid plura? Virum, præter eminentem Iuris vtriusque prudentiam, & variam literaturam, mira à Deo & oris affabilitate, & mentis claritate, & voluntatis probitate, & memoriæ tenacitate, & cordis stabilitate donatum, quotidie magis, magisque cognoscimus, & admiramur.

Fol. 311.

65 *Lin.* 13. *verbo* IAM IA. *Muliebre nomen, nec insolitum: habetur in Martyrol. Rom.* 4. *Aug. videtur nomen græcum, quod latinè vox, & clamor.*

Fol. 330.

66 *In fine. De Speciosо Monacho Romano ex.*

Dialog. 5. *Greg. l.* 4. *cap.* 8. Eiſdem quoque diſcipulis illius narrantibus didici, quia duo nobiles viri, atque exterioribus ſtudijs eruditi germani fratres, quorum vnus Specioſus, alter Gregorius dicebatur: eius ſe regulæ in ſancta conuerſatione tradiderunt, quos idem Pater venerabilis in Monaſterio, quod iuxta Terracinenſem vrbem conſtruxerat, fecit habitare, qui multas quidem pecunias in hoc mundo poſſederant; ſed cuncta pauperibus pro animarum ſuarum redemptione largiti ſunt, & in eodem Monaſterio permanſerunt. Quorum vnus .ſ. Specioſus, dum pro vtilitate Monaſterij, iuxta Capuanam vrbem miſſus fuiſſet, die quadam frater eius Gregorius cum Fratribus ad menſam ſedens, atque conueſcẽs, per ſpiritum ſubleuatus aſpexit, & vidit Specioſi germani ſui animam tam longe à ſe poſiti, de corpore exire, quod mox Fratribus indicauit, & cucurrit, ibique eundem fratrem ſuum ſepultum reperit, quem tamen hora ea, qua viderat exiſſe de corpore, inuenit.

NOTATIO.

HAbemus ſupra fol. 142. *Quartum Presbyterum Capuanum, agri apud Terracinam poſiti poſſeſſorem, hic miſit Monachum Terracinenſem apud Capuã Monaſterij ſui procurantem vtilitates: Quare inter Capuanos, & Terracinenſes fuiſſe commercium eo tempore, videtur nobis.*

Fol. 332.

67 *Lin.* 24. *verbo* Numerauerint. *Hic Feſtus cum eſſet Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus à S. Gregorio Papa conſecratus eſt Epiſcopus Capuæ. In vita S. Gregorij n.* 7. *apud Sur.* 12. *Martij.*

Fol.

*Fol.*338.

68 *Lin.*8.*verbo* Colitur. *Annuo festo colitur Carolus Magnus etiam in Ecclesia Gerundensi, vt testatur Fr.Antonius Vincentius Ord. Prædicatorum in historia SS.Cataloniæ.*

*Fol.*339.

69 *Post lin.*8. *In volumine Epistolarum, quas diuersi Pontifices ad Reges Francorum miserunt; in lucem edito à Iacobo Gretsero Societatis Iesu Theologo, est epistola* 88. *Adriani Primi inter cętera habens hæc verba.* Nempe quidem meminisse credimus, qualiter vobis per anteriores nostras apostolicas emisimus syllabas de Capuanis, qui ad nos venerunt per vestrnm Regale adminiculum, quatenus dum ipsas nostras vobis emisissemus syllabas post aliquātos dies præfatos Capuanos in confessione Protectoris vestri B.Petri Apostolorum Principis iurare fecimus in fide eiusdem Dei Apostoli, & nostra, atque vestræ Regalis potentiæ. Et post actum sacramentum, vnus ex ipsis Capuanis Gregorius Presbyter nobis petijt secreta loqui, asserens, quia nullo modo, iam quippiā celare possum, tale vobis prębens sacramentū, & dum à nobis enucleatius scisciratus fuisset, retulit nobis, dicēs, quia cum Domnus Carolus Magnus Rex, præterito anno à Capuana vrbe reuersus fuisset, Arichis Dux suus ad Imperatorem, Deo sibi contrario, emisit Missos petens auxilium, & honorem Patriciatus, vnà cum Ducatu Neapolitano sub integritate, simul, & suum cognatum Athalghisum cum manu valida in adiutorium sibi dirigi, promittens ei tam in tonsura, quàm in vestibus vsu Græcorum perfrui, sub eiusdem Imperatoris ditione. *In epistola* 92. *sunt nomina Capuanorum. habet illa.* Venientes quippe ad nos de Capua, quam B. Petro

Apoſtolorũ Principi pro mercede animę veſtrę, atque ſempiterna memoria cũ cęteris ciuitatibus obtuliſtis, videlicet, Gregorius Presbyter, Saductus, Pergulfus, Audemundus, Haimo, Landemarus, Vvarnefridus, Sigulfus, Audualdus, & Corbulus intimauerũt nobis, &c.

Fol. 347.

70 *Lin.* 3. *verbo* Tempore. Erat annus 1049. vt patet ex capitulis antecedentibus, & ex Chronici nota marginali.

Fol. 350.

71 *l.* A. *In exitu anni* 1631. *nocte, quæ in diem* 16. *Decembris luceſcebat, mons Veſuuius concuti cępit, & mox dehiſcens globos flammarum, & fumi; lapides magni ponderis, & lapillos; arenam, & cinerem; necnon aquæ commixtos ardenti ſulphure torrentes euomit. Vicini campi, populique deleti, vaſtati, conſumpti: imò & longè poſiti, aſportatis à vento cineribus, non paruo affecti ſunt damno, vt & longiſſimè poſiti non paruo timore. Horrifici terræmotus, quibus concuſſa, & perterrita Neapolis præſentis ruinæ periculum, pęnitentiæ clamoribus, & S. Ianuarij interceſſione deprecata, incolumitatem exorauit. Campi noſtri Capuani leui tantum ſparſi cinere, ab omni damno fuerunt immunes: hoc tantum incommodi, quod anno* 1632. *currente, & iam planè labente continuo fumante Veſuuio, paſſim etiam ſereno cęlo tetrum quendam, & grauem ſenſimus odorem, quem inde efflari credidimus. Primorum dierum incendium ità magnum, vt vix credi poſſit fuiſſe tantum, imperante Tito. Hoc fuit in cauſa, vt multi docti, & eruditi viri de eo ſcribere ſint aggreſſi, qui inter cętera quoties ille mons conflagrarit, enumerare ſtudent: multis incendijs adnumerant illud, quod Petrus Damiani, imperante Ottone II. contigiſſe ſcribit, quando etiam Pandul-*

fum

fum Capuanum Principem deceſſiſſe narrat. De illo incendio memini ego in notatione; ſed an verè tunc acciderit, non diſputaui, neque diſputo: affirmaui ſolum, & nunc quoque confirmo, Solitarij viſionem, & Pandulfi Principis obitum ad illa tempora minimè referri poſſe; quàs attigi rationes, fuſius explico.

Dixi, Baronium correxiſſe manifeſtum errorem: addo nunc eos, qui Baronij ſcripta in compendium redigeruut, in hac permanere ſententia; Abbatem quoque Braccinum in ſecunda ſua de Veſuuio relatione. At inquies, Petro Damiani potius inhærendum, quàm Leoni Oſtienſi: Baronium, quæ ſcripſerat decimo Tomo, non benè correxiſſe ſequenti: cum .n. certò conſtet Ottonis II. Imp. & Pandulfi Capoferrei, & Ioannis Neapolitani conuenire tempora, neceſſè nō eſt ad alterum Pandulfum confugere, nec alterum Ioannem fingere: Idque tanto magis, quia Petrus Damiani teſtatur, rem ſibi narratā à Deſiderio Abbate Caſſinenſi: Leo verò nullum citat ſuæ narrationis auctorem. Nos contra negamus, conſtare Ioannem illum Neapolitanum ad exitum uſque vixiſſe Ottoni Imperatori, & Pandulfo Capuano coæuum; nam, etſi quibuſdam Auctoribus conſtat Ioannem vixiſſe anno 944. vel 946. nulla tamen authoritas habet, illum vixiſſe ad annum vſque 980. ſeu 983. Ideò non certò, ſed ex coniectura tantum affirmare licet, Ioannem ſcriptum anno 944. eſſe illum à Petro Damiani memoratum. Huic verò coniecturæ potiora obijciuntur argumenta, &

Primùm. Pandulfus, & Ioannes à Petro Damiani ſcribuntur obijſſe, quando Otto II. in Calabriam contra Saracenos venit, ſed Otto venit anno 983. Pandulfus obijt anno 981. ergo nutat Petri narratio. Singula nunc explicemus. In Petri narratione ſunt illa verba,

Per

Per idem tempus Octo Imperator Secundus aduersus Saracenos præliaturus in Calabriã festinabat. *& illa*, Ioannes ait, Modò necesse est nos Imperatori occurrere: *hæc verba iuxta sensum obuium, & non extortum, significant, Octonem eo tempore, quo Pandulfus, et Ioannes obierunt, in via fuisse, ac in itinere cum exercitu; id enim per se significat dictio* festinabat, *& illa præsentis temporis*, Modò nec esse est: *præterea sunt illa verba*, Ipse quoq; Magister militum Ioannes, antequam istas partes Imperator attingeret, vix quindecim diebus superuixit, *verbum* superuixit, *per se significat, Ioannem post obitum Pandulfi, sed antequam Imperator Terram Laboris ingrederetur, quindecim dies non completos in hac vita mansisse: nam verbum superuixit, propriè significat terminum, ex quo quis superstes existit. ergo Ioannes super .i. post obitum Pandulfi, & post acceptum de obitu nuncium per quindecim dies vixit, interim Imperatore finibus Terræ Laboris appropinquante. Igitur ex sententia Petri Damiani, mortui sunt Pandulfus, & Ioannes, quando Octo Secundus contra Saracenos veniens, nostris finibus appropinquabat: nec eius verba in alium sensum, absque vi, detorqueri possunt. Quod verò pertinet ad annum, quo Octo Imperator huc aduenit: Leo Ostiensis in Chron. l. 2. cap 9. duplicem Octonis II. in Campaniam, atque Calabriam ponit aduentum, alterum pacificum, alterum cum exercitu contra Græcos, & Saracenos, primum consignat anno, quo mortuus est pater eius Octo Magnus .s. anno 973. secundum expressè consignat anno 983. quo etiam anno consignat Auctor, qui tum viuebat in Germania; Scriptor vitæ S. Vdalrici Episcopi Augustani apud Surium die 4. Iulij, relatus à Baronio nu. 11. præcitati anni, loquitur ille de Henrico Episcopo successore S. Vdalrici, & ait*, Anno itaque

In-

Incarnationis Domini nostri Iesu Christi 983. Imperator cum exercitu Calabriam prouinciam adijt illuc etiam cum eo Episcopus Henricus peruenit. *Auctori scribenti res suæ ætatis, magis credendum, quàm cuiuis alteri. Hanc Chronologiam sequutus est, qui res Calabriæ scripsit, F. Hieronymus Marasiotus; non ergo credendum Lupo Protospatæ, qui rem consignat anno 980. At Lupus solet Epocham Domini biennio citius figere, quo seruato calculo nostræ chronologiæ non contradicit. Igitur ex sententia Petri Dam. mortui sunt anno 983. vel ex Gordoni calculo anno 982. cui adstipulatur incertus Auctor in vita S. Meinuuerci Episcopi, apud Surium die 5. Iunij. At hoc esse falsum, constat ex vita S. Nili, & ex instrumento, quod asseruatum in Auersano Monasterio S. Laurentij ego legi, quodque refertur à Capacio. Acta de S. Nilo consistente Capuæ sic habent,* Adeo vt decreuerint ipsum sibi Episcopum instituere, & res iã sequuta fuisset, nisi mors Principẽ occupasset. *Si Princeps, & nobiles Capuani volebant instituere sibi Nilum Episcopum, oportet Ecclesiam Capuanam fuisse tunc Pastore viduatam suo: si mors Principem præoccupauit, ergo vacante Ecclesia Capuana, mortuus est ille Princeps: vacabat autem Ecclesia anno 980. vel exeunte, vt colligitur ex modò citato instrumento, in quo notatur annus Domini 986. cum Indic. 14. & mense Aprili, atque annus Adenulfi Archiepiscopi ab eius cõsecratione sextus: ergo annus primus Adenulfi consecrati erat 981. mense Aprili: esto, illo ipso mense, & non ante consecratum fuisse Adenulfum; quia tamen consecrationem antecessit Apostolica confirmatio, confirmationem electio, electionem luctus, in morte Principis, quibus omnibus vix tres menses ante Aprilem sufficere potuerunt: consequens est saltem anno 980. exeunte, uel 981. saltem ingredien-*

te,

Ecclesiam vacasse, & Pandulfi, & Ioannis mortem saltem anno integro, & aliquot mensibus Octonis II. aduentum antecessisse.

Secundum argumentum. Aetate Petri Damiani erat opinio, à monte Vesuuio ignem erupisse, quandocunque diues aliquis reprobus moreretur. Cum Petrus hanc referat, neque refellat opinionem, tacitè saltem confitetur Pandulfum, de quo scribit fuisse communiter existimatum hominem reprobum, & ipso tempore mortis impœnitentem. At hæc de Pandulfo Capoferreo cogitare nefas est; fuit enim de Ecclesijs, & famulis Dei benemeritus Princeps. Tempus, quo cum Pandulfo patre Principatum tenuit, tempus acceptabile dicitur in Chron. Cass. l. 2. cap. 2. Quando Landulfo patri superstes dominabatur, à paterno, suoq; more non recessit, Aligernum Abbatem plurimi fecit, Cassinensi Cœnobio bona defendit, imò & attribuit. Ioannem XIII. Papam Roma pulsum, excepit, Sedique Romanæ restituendum curauit: Monasterium puellarum S. Ioannis ab Aligerno Abbate fundatũ, auctoritate sua firmauit: S. Nilum Abbatem, qui à Calabria Capuam venerat, honoribus est prosequutus, & Capuæ Archiepiscopum instituí curabat, & obtinuisset, ni mors consilia præoccupasset. Age nunc Princeps erga Ecclesiam pius, & instante morte cum famulo Dei Nilo tam reuerenter agens, & de instituendo Archiepiscopo tam sancto cogitans: hic ne Princeps cogitabitur ex hac vita decessisse impœnitens, ac ab vniuersa ciuitate malè audiens? ego adduci non possum vt ità cogitem: imò cogitans de S. Nili ingenio, qui Eupraxium in Calabria, Præfectum superbum, et audacem virũ adire contempsit; quiq; à Mansonis Abbatis irreligiosè viuentis, congressu abhorruit: & cogitans simul ipsum, adijsse Pandulfum Principem non suũ, & ab eius congressu non abhorruisse:

firmi-

firmiter credo, Pandulfum nõ habitum esse Tyrannum, non publicum peccatorem, non impœnitentem: qua de re opinio illa de monte Vesuuio huic Pandulfo aptari non potest.

Tertium argumentum est, à comparatione Petri Damiani, & Leonis Ostiensis. Ambo sunt enim statu Monachi, dignitate Cardinales, integritate spectabiles, & veracitatis studio commendati; sed Leo in re nostra duobus est potior, alterum quod Leo in Chronico ex instituto se historicum præbet, Petrus verò scriptorem pium; ideoq; Leo diligentiori calculo quæque proprijs locis assignat; Petrus verò in ijs tantum studiosus, quæ Fidelibus ad pietatem exemplo esse posse credidit. Alterum, quod Leo sub Desiderio Abbate Monachus fuit, eidemq; Desiderio charus, & ferè continuò lateri eius adiunctus; ideoque ex ore Desiderij, non semel, & in transitu, vt Petrus, sed bis, & sæpius accepisse, ac retinuisse tenacius, credendus est. Ex his affirmo, vel Petro scribenti ex obliuione, vel alteri exscribenti ex incuria pro Herrico, seu Corrado, Octonem Secundum irrepsisse. Quod si tantum virum, quantus est Petrus Damiani, ex obliuione lapsum dico, eius planè dignitatem non offendo; cum ipse de seipso ità loquatur epist. 10. Quamquam, & hæc eadem gesta, quæ scribimus, quia in transitu audire nos contigit, vtrum inoffensam fidei lineam teneant, certum per omnia non habemus. *& epist.* 35. Quocirca quod fratris mei Damiani tunc Archipresbyteri, deinde Monachi relatione didici, nisi me fallat obliuiosa memoria, fideliter narro. *& epist.* 36. *ad Desiderium.* Hæc ego venerabilis pater, & alia quamplurima non sine magno formidinis angore conscribo, ne videlicet, vel relatores mei meæ veritatis semitam non tenuerint, vel ipse quoq; relationum in quolibet immemor obliuio-

ne deliquerim veritatem; teſte conſcientia non hæc mentiendi voto, ſed ædificationis affectu prout melius poſſum narrata recolere ſatago, & ſchedulis annotare: *epiſt.* 35. *citata*, & ſi præ obliuione verba non teneo, ſaltem in quantum mihi poſſibile eſt à relatis quadam ſimilitudine non recedo; confeſſionis igitur iſte verſiculus ad relata, vel ad referenda mihi cuncta proficiat. Hæc omnia venerabilis pater non ſine magno timore deſcribimus, ne vel per obliuionem propriam, vel per infidæ narrationis audaciam, à veritatis linea quantumlibet declinemus. *Cognoſcimus Petrum memoria lapſum in vita S. Romoaldi: Scribit, Sanctum illum vixiſſe annos centum viginti, atque eorum, uiginti in ſæculo, tres in Monaſterio, reliquos in eremo trãſegiſſe: ſcribit etiam in Monaſterium à Monachis receptum fauente Honeſto Archiepiſcopo Rauennate; At in his manifeſtus eſt memoriæ lapſus: Sanctus enim obijt anno milleſimo vigeſimo ſeptimo, vt conſtans habet aſſertio, quàm ſequuti ſunt Romani Breuiarij Recognitores tempore Papæ Clementis Octaui, & nuper PP. Vrbani, item Octaui: Qui vixit annos* 120. *& obijt anno* 1027. *certè natus eſt anno* 907. *huic adde viginti, quos vixit in ſæculo, & erunt anni Chriſti Domini* 927. *At hoc anno* 927. *ſeù ſequenti* 928. *quando relicto ſæculo, monaſticũ induit habitum, Archiepiſcopatum Rauennatem non tenebat Honeſtus, ſed Petrus, qui Honeſtum proximè anteceſſit: Ex tabulis enim Rauennatis Eccleſiæ, teſte Rubeo, Petrus inijt Archiepiſcopatum anno* 923. *viuenſque dimiſit anno* 971. *quem accepit Honeſtus. Igitur Petrus memoria lapſus eſt, vel in ſcribendo pro Petro, Honeſtũ, vel in aſſignando viginti tantum annos Romoaldo in ſæculo, cum aſſignandi fuiſſent multò plures: nempe quot ſunt à* 907. *ad* 971. *mihi veriſimilius eſt, lapſum in*

7

Archi-

Archiepiſcopi nomine. Itaque in re noſtra poſſumus credere, Petrum (ipſomet non reclamante) ex obliuione, rem aliter ſcripſiſſe, quàm acceperat, firmo tamen remanente ipſo terroris exemplo, ad ſuadendum, vt ſibi mali Principes attendant, & caueant.

Fol. 368. *replicato.*

72 *Lin.* 26. *verbo* Reperitur. *His hic adnotatis adnumerandus eſt Pandulfus Comes Theani, qui aliquando Principatus eſt Capuæ: fuit enim Pandulfi Capoferrei conſanguineus: adnumerandus eſt etiam Landenolfus Comes Iſernienſis cum ſuo filio Landulfo, is enim reperitur Thius, ideſt, patruus eiuſdem Capoferrei.*

Fol. 369.

73 *Lin.* 28. *Hæc Gubitoſa filia Thomæ, & ſoror Adenulfi Comitum Acerrarum, nominatur in quodam inſtrumento, anno* 1280.

Fol. 372.

74 *Lin.* 16. *verbo* Genuit. (Notatio) *Aſſeueranter dicimus, nobiliſſimam de Aquino familiam ortã Capuæ: hoc exprimit verbum genuit: eo enim verbo ſollenne Poetis eſt, & locum natiuitatis, & genus exprimere. Satis eſſet vulgatum illud Virgiliani tumuli.*

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Partenope, cecini paſcua, rura, viros.

Afferam tamen exempla inferiorum temporum. In epitaphio Laidradi Epiſcopi Ludgunenſis, apud Baronium ann. 811.

Noricus hunc genuit, hunc tu Lugdune futurum
Pontificem ſperas, relligionis ope.

In epitaphio Ioannis Carauagialis apud Ciacconum.

Hunc genuit Bethis, rapuit Roma, tenetque,
Corpora velat humus, ſpiritus aſtra colit.

In his, uerbum genuit, ſignificat fuiſſe non ſolum ortu, ſed

genere Virgilium, Mantuanum; Laidradum, Noricum Ioannem, Bethicum. Hoc idem Poetæ faciunt ſimilibus verbis; v.g. in epitaphio Eugenij Papæ IV.

Vrbs Venetũ dedit ortũ: quid Roma? Vrbis, & orbis
Ius dedit: optatum cœlica regna Deus.

Et in epitaphio Lucij Papæ III.

Luca dedit lucem, tibi Luci Pontificatum
Oſtia, Papatum Roma, Verona mori.

Significatur planè fuiſſe & ortu, & genere Eugenium Venetum, & Lucium Lucenſem; ità ergo abſque vllo dubio epitaphium Athenolphi ſignificat illum & ortu, & genere Capuanum.

Fol. eodem.

75 *Lin.* 19. *verbo* Vrnam. (Notatio) *Vrnam mediam, intelligo decimumquintũ gradum Aquarij. Quotus ergo dies? ante Kalendarij reformationem Sol ingrediebatur Aquarium decimo, vel vndecimo Ianuarij, de decimo aſſerit Maurolicus in computo: de vndecimo videntur aſſerere, qui nunc diem aſſignant vigeſimum primum: nam qui nunc eſt vigeſimus primus, ante reformationem erat vndecimus; igitur die* 24. *vel* 25. *Ianuarij contigit obitus Atenulphi. At inſurgit ſcrupulus, quia ſecundum Eccleſiã, vt docet* Rationale diu. *Offic. l.* 8. *c.* 3. *Sol quolibet menſe intrat in ſignum xv. Kal. qui dies Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Auguſto, Octobri, Decembri, eſt decimus octauus: Aprili, Iunio, Septembri, Nouembri decimus ſeptimus: vni Februario decimus quintus: proinde aſſerendum eſt, Atenulphum obiiſſe Kalend. Februarij. Vtram viam epitaphij Scriptor Alphanus tenuerit, quis certo indice demonſtrabit? An aſtronomicam, quia vir doctus? an eccleſiaſticam, quia Archiepiſcopus Salernitanus? ego eccleſiaſticam coniecto, ex eo quod illa cuilibet legenti epitaphium notior.*

Fol.

*Fol.*373.

76 *Lin.*4.*verb.*Adinolphus. *Die* 9.*Octobris* 1633. *legi inſtrumentum mihi oblatũ à Monialibus S. Mariæ; in eo habetur Adenulphum Comitem Acerrarum, & filium Thomasij Acerrarum Comitis, donaſſe Monaſterio quaſdam terras in territorio Capuano, pro anima ſua, & Thomasij genitoris ſui. In eodem eſt mentio Gubitoſæ Monialis S. Mariæ, & dicitur ſoror Adenulphi, & filia Thomasij Comitum Acerrarum. Inſtrumentum verò ſcriptum eſt anno* 1280.

*Fol.*374.

77 *Verbo* Abbatiſſa. *Die* 17.*Decembris* 1633.*legi aliud inſtrumentum, mihi oblatum ab eiſdem Monialibus S. Mariæ ſcriptum anno* 1255. *in eo memoratur Marotta de Aquino Abbatiſſa Monaſterij S. Mariæ facere cõtractũ uenditionis cũ Perceptore S. Ioannis Ieroſolimitani: an illa fuerit ſoror S. Thomæ? cõueniunt tẽpora.*

*Fol.*380.

78 *In fine. De Beato Iacobo Alemanno Dominicano ex nouo Surio in Octobr. l.* Venit igitur Neapolim: Tunc fortè Rex Alphonſus bellum gerebat, ſub quo militare decreuit: Ad eam igitur militiam admiſſus, merere cępit, nihil de ſanctis moribus, aut priſtina conſuetudine ſua remittens. Multa ibi videbat, quibus valdè offendebatur. Quare occaſionem demum inde abeundi, ex re leui, & penè ridicula inuenit. Quare compoſitis rebus ſuis, & impetrata abeundi facultate Capuam venit. Ibi nactus eſt Campanum ciuem, præclarum virum, Iuriſconſultum, & Equitem. Qui vbi iuuenem conſpexit forma præſtanti, atq; vt ex clara indole, & lineamentis oris colligebat, probum miro illius deſiderio tactus, & apud ſe retinere maximè cupiens, percontatus eſt num in ſuo yellet conturber-

nio

nio reſidere. Annuit ille, & apud eum moratus eſt quinquennium, tanta fide, ac morum integritate vt eum patronus æquè, ac filium diligeret, atq; tractaret. Verum exacto iam quinquennio, immiſit illi Deus ingens deſiderium in patriam redeundi, & genitoris ſenioris memoria multo vehementius quam antea, illum ſtimulare cępit ad reditum: ſciebat enim patrem iam eſſe admodum ſenem, putabatq; ingenti videndi filij deſiderio teneri, cuius diſceſſum ægerrimè tuliſſet, ſeq; iam tot annos procul à patria tanto terrarum ſpatio diuiſum abfuiſſe; rationem ſibi patriæ pietatis habendam. Cum igitur abire decreuiſſet, conſilium patrono aperuit, ille autem, qui eũ cũ amaret vt filium, & cuius diu fidem eximiam expertus eſſet, ac integritatem; non dici poſſet quantum ea re turbatus fuerit: nec vllo pacto volens eum dimittere, ea cępit omnia dicere, ac polliceri, quæ poſſint, abire volentem retinere, niſi certa illi fuiſſet abeundi ſententia. Iuuenis autem contra orare, obteſtarique, vt ſibi iuſtiſſimis de cauſis, quas afferebat, abire ſalua eius gratia liceret: ſed nihil proficiebat, ille enim pertinaciter in propoſito præſtabat, & rogabat ne ſe deſereret. Fluctuabat animus iuuenis, & præter modum angebatur, quod intelligebat oportere ſe tandem clam diſcedere, neque enim impetrare poterat, vt liberè diſcederet. Cum igitur hoc ſæpius, ſed nequidquam tentaſſet, demum, vel inuito patrono ſe furtim abire decreuit. obſeruauit igitur oportunum ad id tempus, & relictis melioribus indumentis, quæ à patrono acceperat cum pecunijs, quas idem illi perſoluerat, reſumptis veſtibus, atq; pecunijs, quas ſecum ipſe attulerat, habita prius ante Chriſti effigiem, quam in cubiculo habebat diligenti oratione, vt propitio numine diſcederet, abijt.

Fol. ccclxxix.

79 *Lin.9. Ignoratum mihi Principis nomen, tandem cognitum: D. Camillus Tutinus Neapolitanus antiquitatum indagator adseruat Chronicum m.s. in quo legitur Landonem Theani Comitem, ex genere Principum Longobardorum, electum fuisse à Capuanis in Principem, electo Richardi filio.*

Fol.382.

80 *Lin.13. post verbum* Restitutam, *adde* ampliatam.

Fol.383.

81 *Lin.30. verbo* Petronacem. *Ad hæc lege supra fol.221. epistolam Io.Papæ Octaui, & inuenies Episcopum Capuæ electum,& nõ consecratum, disceptasse cum vicinis Episcopis,vt diuisos adunaret;ideoque laudatum à Papa: colligitur inde Capuanum Episcopum in vicinos Episcopos aliquo iure positum. Nec obijciatur ex Heremperto, Landulphum Episcopum nouæ Capuæ de erigenda Metropolitana Ecclesia cogitasse, & ab Imperatore petijsse:respondemus enim à Landulpho petitam sui Archiepiscopatus ampliationem, quoniam petijt ius Metropoliticum super omnes Ecclesias, quæ intra fines Beneuentani Principatus existebant. Cupiebat ergo Landulphus vt Ecclesia Capuana,quæ erat ab antiquo Metropolis in Campania, longe extrà Campaniam iurisdictionis suæ fines extenderet. Quod ille ab Imperatore non benè petitum obtinere non valuit; obtinuit à Ioanne Papa XIII. Princeps Capuæ de Romana Ecclesia benemeritus. Quare in huius folij postrema linea post verbum* Amiserat, *adde,* vel imminutum habebat.

Fol.388.

82 *Innocentius PP.III. anno* 1137. *Capuam venit,& Ciuitatem cum Principatu restituit Roberto Principi,*

cipi, quem Rogerius Rex expulerat, Falco Beneu. fol. 300.

Anacletus Antipapa contra Innoc. III. ipse etiam per multos dies anno 1130. *et* 1131. *Capuæ mansit, nam Prælati nostrates ob Rogerij potentiam illi adhæserant.*

Alexander Papa IV. anno 1254. *Ecclesiam Capuanam consecrauit, patet ex diplomate Indulgentiarum, dato Anagniæ mense Septembri. hoc diploma nuper inuentum, tradidit mihi D. Alexander Isa Primicerius. ità se habet.*

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Marino, Electo, & Capitulo Capuano salutẽ, & Apostolicã benedic. Consecrationes Altarium, in quibus Christus immortaliter viuens ad nostrorum abolẽdam criminum corruptelam in ministerio immolatur Altaris; Christianus populus cũ puritate animi venerari tenetur dedicando membra sua domino seruitura iustitiæ in sanctificatione, quæ prius iniquitati, & immunditiæ seruiebant, vt sic, quæ per Christi ministros in Ecclesijs visibiliter exhibentur, misticè in templo Fideles animæ diuinitus peragant. Cupientes itaque quod Ecclesia vestra, quæ per nos ad honorem Dei, & Beati Stephani Prothomartyris extitit dedicata; festiuitatum diebus à Christifidelibus frequentetur, & frequentantes pro tali sollemnitate, quam peragunt spirituali munere gratulentur de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui ad Ecclesiam vestram in duabus festiuitatibus Prothomartyris memorati Sancti in reuelationis, & Natalis eiusdem, ac in die anniuersario dedicationis ipsius Ecclesiç, & vsque ad octauum diem earundẽ festiuitatum, & dedicationis,

nis, causa deuotionis accesserint annuatim vnum annum, & duas quadragenas de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Anagniæ id. Septemb. Pontific. nostri anno primo .

Fuit annus Domini 1255.



Bulla plumbea.

Celestinus Papa V. Capuæ est hospitatus, et Capuæ dedit Indulgentiarum diploma, quod ità se habet.

CElestinus Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christi fidelibus prçsentes litteras inspecturis salutem, & optatam benedictionem. Splendor paternæ gloriæ, quæ sua mundum illuminat ineffabili claritate pia vota Fidelium de clementissima ipsius Maiestate sperantibus, tunc præcipuè benigno fauore prosequitur cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adiuuatur. Rogamus itaque vniuersitatem vestram, & hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungẽtes, quatenus ad Ecclesiam S. Stephani Capuani petituri à Domino veniam delictorum, in humilitate spiritus accedatis. Nos autem vt Christifideles sint ad merita promptiores, sicut fiduciam habentes consequendi munera gratiosa, omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam in festiuitatibus eiusdem Martyris, & in anniuersario die Dedicationis, eiusdem Ecclesiæ venerabiliter visitauerint, vnum annum, & qua-

draginta dies, illis verò qui in festo omnium Sanctorum deuotè illuc accesserit, annuatim tres annos, & tres quadragenas de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Datum Capuæ iij. Non. Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

Fuit annus Domini 1294.



Bulla plumbea.

Hic S. Petrus Celestinus, qui renunciauit Papatui, quique Papatu deposito, cum ad Bonifacium Octauum adduceretur, Capua transiens, virtutes hic operatus est. Apud Capuam, septemnis puer à natiuitate mutus, solo B. Petris tactu soluto linguæ vinculo, statim & deinceps loquutus est, Faber in vita S. Petri Celestini, cap. 37. *Similiter Capuanæ Turris Castellanus, qui iam pridem vnius oculi visu caruerat, salutaris Patris tactu, sospitati redditus est.* Idem cap. eodem.

Hoc tamen silentio præterire nolo, quod spiritualem etiam morbum curare per famulum suum voluit. In præfata enim vrbe Capuana mulier quædã peccatrix publica, cum cæteris occurrerat, irridendi studio potius, quàm Patris sancti honorandi: verùm audita eius voce, veluti sagitta, intus adeò vulnerata est, vt protinus de compuncti cordis vlcere, peccati sanies foras eruperit, & ab illa hora delicias contemnere cęperit, pęnitentiã agens austerrimam, nam ab humanis aspectibus, quos pulchritudine vana, in sui concupiscentiam illexerat, secessit in solitudinis ànguſtiam, ibique reliquum ætatis suæ, Dei seruitio mancipauit, Idem vt superius.

In eadem vrbe puerum Ceruinariæ, spatio annorum octo,

octo, pedum languore laboranti, & ideo pedum inceſſu priuatum, crucis ſigno ſanauit.

*Fol.*416.

83 *Lin.*11.*verbo* Ferrandus.*i.Ferdinandus,vulgò* Ferrante. *Epiſcopus Calatinus, vir natione Hiſpanus, Aragonienſis,apud Albinianum,ſuæ Diœceſis oppidum obdormiuit.*

*Fol.*445.

84 *Lin.*13. Ad notationem C, Cum clericis ſuis. adde in fine n.11. *Pater Nicolaus Antonius Bellarbore Tranenſis, & Patrum Oratorij in vrbe Neapoli olim Præpoſitus, pro ſua humanitate miſit ad me S.Leucij vitam exſcriptam è codice m.ſ. qui in Eccleſia Beneuentana,vel potius Tranenſi, dicitur adſeruari. Auctor non eſt primus vitæ ſcriptor,ſed uitæ iam pridem ſcriptæ concinnator. Incipit prologus,* Sicut enim varijs aſſueti delicijs, &c. *Incipit narratio.* Regnante Venerabili, & Magnifico Theodoſio Imperatore,Dei cultore,&c.

In ea nec de Heleno Epiſcopo, nec de Virginis Eugeniæ conuerſione verbum vllum; ſed habetur S. Leucium ordinatum Archipresbyterum Alexandriæ ab Archiepiſcopo Alexandrino: hoc mihi non probatur,quia Monaſterium, in quo S. Leucius cum S. Eugenia verſabatur, Epiſcopo Eliopolitano ſubditum erat, vt apparet in actis S.Eugeniæ apud Surium die 25.*Decembris. (Ita cenſeo, non contentioſus, qui noui rerum antiquarum elucidationes paſſim obuolui difficultatibus, quæ ſuſpenſum Lectoris animum reddunt.) Habetur etiam S.Leucium ordinatum Presbyterum liberaſſe quendam Aethiopem Paganum obſeſſum à dæmone: et dæmonem illum expulſum, ſerpentis magni ſub forma in quadam Aegypti ciuitate necaſſe multos,quos S. Leucius cum eam in ciuitatem aduenisſet, excitauit à mortuis. Additur S.Leucio,*

tunc abſente, ſex quoſdam iniquos Alexandriæ conſpiraſſe in Chriſtianos, mouiſſeque perſequutionem. Habetur inſuper S. Leucium ab Aegypto reuerſum cognouiſſe S. Marci corpus, à quibuſdam Venetis ex parte ſublatum: hoc probare non poteſt, qui legit acta translationis S. Marci apud Surium die 31. Ianuarij, vel ſub eodem die Baronij notationem ad Martyrologium. Præterea habetur S. Leucium poſt Antiſtitis Alexandrini mortem, ad Sedem illam aſſumptum, & deinde à quodam Præſide Saturnino, Chriſtianorum inimico, quæſitũ ad necem, ſed defenſum à Chriſtianis. Hoc non placet Ferrario de Sanctis Italiæ, cum Leucij nomen in catalogo Patriarcharum Alexandriæ non habeatur. Quod ſi dicas, ideo omiſſum nomen, quia Leucius factus Patriarca, breui tempore ibi manſit: repugno, quia Achillas Martyris Petri ſucceſſor, annum in Patriarchatu non exegit, imò tres tantum menſes illi ab Epiphanio tribuuntur, referente Baron. ad annum & tamen Achillæ non prætermiſſum nomen. Tandem habetur S. Leucium veniſſe Brunduſium, non aliqua vi tyrannicæ perſequutionis expulſum à Sede, ſed Dei monitu per viſionem accepto, & deinde voce, aſtantibus multis, è cælo lapſa, confirmato.

Eidem vitæ addita eſt Translationis hiſtoria. Narratur, deſtructo Brunduſio, & in oppidum redacto, Tranenſes clam inde S. Leucij corpus abſtuliſſe, & Tranium aſportaſſe. Deinde Tranio à Saracenis occupato, quoſdam Illuſtres Beneuentanos fratres, quorum alter Comes erat, oblato Saracenis pretio, ſanctum corpus obtinuiſſe, & æqualiter illud inter ſe Beneuenti diuiſiſſe. At poſtmodum reddita pace, nempe Saracenis expulſis, Tranenſes ab altero fratrum, partem corporis pecunia redemiſſe. Et tandem Orietanæ Sedis Antiſtitem Theo-

doſium

doſtum à Beneuentano Principe aliquid ex altera parte Reliquiarum impetraſſe, & Brunduſinæ Eccleſię reſtituiſſe. Ex quo factum eſt, vt corpus S. Leucij diuiſum, partim à Tranenſibus, partim à Beneuentanis, et partim à Brunduſinis habeatur. Ex his conijcere poſſumus, S. Leucij deuotionem ad nos propagatam à tempore, quo ſanctum corpus Beneuentani poſſederant, quod accidiſſe puto poſt annum 843. *quando, teſte Baronio, Saraceni Barim occuparunt, & ante* 868. *quando Saraceni inde expulſi fuerunt, teſte Lupo Protoſpata.*

*Fol.*453.

85 *Lin.*10. *verbo* Zetis. *Hic obiter innui, Zetam eſſe ligneum cubiculum; volui dicere, portatile: ità* Baron. anno 286. *& nota marginalis ad Surium in S. Sebaſtiano. Quia verò quod portatile aſſeritur cubiculum, nonniſi ligneum eſſe mente conceperam, ideo in ſcribendo faciliter lapſus: Nunc lapſu cognito, quod obiter innui, diligentius noto: Zeta videtur mihi, quod dieta, & Zetarius, qui dietæ purgandæ, ſeu parandæ curam habebat. In Surio Acta S. Sebaſtiani duplicia ſunt, & Caſtolus, qui in vnis dicitur Zetarius Palatij; in alteris dicitur Dietarius: ratio illa eſt, quia ſyllaba D, in capite dictionis, imò & ſimplex D, in dictione media ſolet fieri Z, et Medentius, fit Mezentius; Diacones, Zacones, Diarrythum, Zarrythum; Dianium, Zanium; Diabolus, Zabulus; & ita quoque Dieta, fit Zeta*; ita Catancus in epiſt. Plinij, l.2.ep.5. & Notator ad epiſtolam S. Paulini 6. & Langillottus de non vulg. litteratura, l.1. *Zeta ergo eſt ipſa dieta, manſio. ſ. in ædibus ad vnius vſum*, inquit Pangirolus in Theſauro l.1.cap.56. *nec eſt lignea, ſeù portatilis, ſed firmi ædificij, ad hybernum frigus præcipuè propulſandum*, inquit Alexander Genial.l.5.c.5. *vtpotè quod & Solem proſpectabat, ac helyocamini va-*

pora-

porarium adiunctum habebat: potuisse Zetas, & calidas, & frigidas effici aqua vel feruenti, vel frigida per parietes deducta, scribunt aliqui, vt refert Cataneus modò citatus. Nec est cur epistola Plinij cogat nos asserere fuisse Zetam, unius lecti capacem, cum sellis duabus mansionem, quæ velis obductis, vel reductis modò adiycebatur cubiculo, modò auferebatur. Non est, inquã, cur cogat; quia Plinius non Zetæ, cuiuscunque formam (quorsum enim hoc?) sed eius, quam ipse sibi posuerat Zetam, quãq; suos amores appellat, illa in epistola describit: talẽ quippe sibi posuisse videtur, vt paries inter zetam, & cubiculum medius non esset continuus, sed apertus cùm velis appensis, quæ si reducebantur, Zeta à cubiculo non distinguebatur; si obducebatur zeta extra cubiculum remanebat. Cernimus hodie in cubiculis recessum lecto destinatum, antequam si Attalica, vel serica pendent ornamenta, cubiculum nihilominus integrum apparet. Eiusmodi recessus vulgò dicitur Arcoua, *fortasse, quod arcuatum est opus. similis formæ fuisse Plinij zetam coniecto.*

Fol. 454.

86 *Lin.* 22. *verbo* Vincentij. *Reliquias S. Vincentij Martyris ab Hispania per duos Monachos adductas Capuam, refert Baron. anno* 969.

Fol. 469.

87 *Lin.* 33. *verbo* Iesu. *Imò ex duobus instrumentis S. Angeli ad formam, scriptis circa annum* 938. *sub Landulfo, et Atenulfo Principibus liquidò constat in loco, nunc dicto Forum vetus, cum illa Ecclesia, nunc dicta S. Benedicti piccoli, fuisse Monasterium; in illis enim instrumentis nominatur Monasterium sub vocabulo S. Benedicti, propinquum sacro Episcopio; cuius Abbas venerabilis erat Adelchisi: ergo Ecclesiola, primo illo seculo nouæ Capuæ, erat apta Monasterio: non tamen*

credas

credas multos ibi fuisse Monachos, quia Monasterium etiam vnius Monachi est, sed Cœnobium plurimorum.

*Fol.*474.

88 *Lin.* . *Catalogo Abbatissarum Sanctæ Mariæ, addenda sunt nomina.*

1215 Matthia.
1255 Marotta de Aquino.
1257) Matthia.
1258)
1293 Ioanna de Franco. in Catal. deest annus.
1305 Rigale Pandone. in Catal. deest annus.
1326 Finicia. in Catal. deest annus.
1468 Catarina Sirsale.
1499 Catarina de Mazano Aragonia.
1516 Antonetta de Benauolo. deerat annus.
1541 Raymundina Barone.

*Fol.*499.

89 *Lin.*2.*verbo* Præpositus,*anno* 1065. *Richardus Princeps construxit Monasterium S. Angeli ad formam, cui datus est Abbas nomine Capuanus: deinde idem Princeps Monasterium donauit, et subdidit Monasterio Cassinensi in manu Desiderij Abbatis; ideoque factum est, vt Monasterio S. Angeli, deinde non Abbates, sed Præpositi à Cassinensi Abbate præficerentur.*

*Fol.*501.

90 *Lin.*32.*verbo* Fragoni. *Qui in nostro Codice dicitur Frago, à Petro Natali lib.*4.*cap.*144.*& ab Anonymo apud P. D. Antonium Caracciolum fol.*107.*dicitur Drogo.*

*Fol.*510.

91 *Lin.* 29. *verbo* Tandem. *In obseruatione ad fol.*469. *diximus in instrumento S. Angeli ad Formam, scripto circa annum* 938. *Episcopium appellari Sacrum:*

quod

quod uerbum mihi innuit, Episcopium fuisse ab antiquissimo tempore consecratum. Verùm ut ipsum Episcopium iterum, & iterum auctum, nouam habuit formam, ità & iteratam consecrationem: vltima autem Consecratio, quam inuenimus, facta est ab Alex. Papa IV. qui deinde Indulgentiarum diploma dedit Anagniæ mense Septembri, vt diximus in obseruatione ad fol. 388.

Fol. 515.

92 *Lin.* 17. *verb.* Tum quia. *Consideratio est Card. Baron. in re simili ann.* 58. *n.* 53. *cæterum lectio quinta Breuiarij Capuani indicat illos, qui loquebantur cum S. Paulo, fuisse Iudæos conuersos: quod si erant illi Iudæi non conuersi, lectiones Breuiarij manifestè repugnant Actuum Apostolorum vltimo, & eo magis apparent apochryphæ: illa autem verba,* ET NOS VIDEAMVS, *etsi possunt videri dicta à S. Paulo cum aliqua simulatione, ne statim in ipso principio exasperaret animos Iudæorum, sed suauiter ad Petri communionem adduceret, quando cognitam postea Petri doctrinam approbasset: huic tamen considerationi præcedentia non consentiunt; & quod in lectione tertia S. Paulus inquit, Iudæos verè potuisse aduertere ab ipso prædicari circunciſionem, manifestè repugnat ante actis ab ipso: anteà namque ad Romanos .i. ad Iudæos, & Gentiles conuersos, Romæ degentes Epistolam scripserat, qua circunciſionem euacuatam ostenderat.*

Fol. 523.

93 *Lin.* 20. *verbo* Eccleſiam. *Addo quartam imaginem Sanctæ Venerę in Casapullo, scilicet in illius pagi frequentiori platea, & quintam in eiusdem loci Ecclesia, nempe in veteri muro à Septentrione. Sancta Venera colitur Aletij die Iulij* 26. *quo etiam die à Breuiario nostro commemoratur, & Menologio græco sub nomine Parasceues:*

sceues: colitur Hieracij die 28. vt Chronic. Calabriæ à F. Hieronymo Marafioto italicè scriptũ habet, l. 2. c. 12. In Gallia die 14. Octobris colitur Virgo Martyr, quæ à Martyrol. Romano dicitur Veneranda, & à Maurolyco Venus: Hæ diuersæ ne sint, an vna tantum meritò dubitatur, si diuersæ censentur, absque dubio earum acta confusa sunt: quælibet enim in proprijs actis asseritur Virgo, & Martyr, filia Agathonis, & Politæ, passa sub Antonino, & Asclopio Præside, atque eodem genere tormentorum afflicta: si vna tantum diuerso die, diuerso sub nomine, à diuersis culta; certè in eius patria designanda variant acta. Græca asserunt natam in Pago apud Romam veterem: Breuiarium Gallicanum citatum à Marafioto, habet natam Locris. i. Hieracij. Petrus Natalis narrat parentes eius fuisse ex partibus Galliarum. In tanta obscuritate quid censendum? Ego sine contentione, & sine præiudicio eorum, qui Sanctam ciuem esse suam affirmant, credo fuisse vnam dictam Parasceuem, Venerem, & Venerandam, natam in pago Romanæ Prouinciæ, à parentibus, qui eò ex partibus Galliarum aduenerant, quæ quia (vt habent græca) multos Græcorum ad agnitionem veri Dei adduxit, credi potest ab Vrbe Romana, in magnam Græciam concessisse, degisseque Locris, ibiq; Euangelium prædicasse, fuisse Locrensibus chara, & habita quasi ciuis: Locris tandem profecta, & per varias prouincias Euangelio prædicato, in Gallia consumasse martyrium. Cæterum nolo prætermittere ex nouo Catalogo Ferrarij S. Veneram coli in Castro Regali Siciliæ die 26. Iunij, & Asculi in Piceno die 14. Octobris.

Fol. eodem.

94 *Lin.* 31. *verbo* Introductum esse. *In Ecclesia S. Mariæ ad Fossam sunt Imagines SS. Sammi in habitu militari, & Mandati Episcopi: Sammum ignoro, Man-*

datum, credo Manatum, Episcopum Viennensem: ita à Gallis suorum Sanctorum cultus introducebatur.

Fol.526.

95 *Lin.23. verbo* Seù Quæstor. *At erant, qui dicebantur Imperatores Prouinciarum: Petronius Arbiter. Interim Imperator Prouinciæ iussit latrones adfigi crucibus. Meminit etiam Tullius in Pisonem: Verum ex Tullio intelligimus, Imperatorem Prouinciæ dictum, qui in Prouincia exercitum habebat, gerebatq; cum finitimis bellum: Præsides autem Prouinciarum gessisse bella, notat etiam Baronius in Apparatu n.87.*

Fol.532.

96 *Lin.25. verbo* in pago. *Ex Archiuo Regio habetur Hospitale S. Laurentij prope turrim S. Erasmi, esse Regium. In eo Regem Robertum creasse Cappellanum, ac Rectorem: & Reginam Ioannam Primam pro victu, & sustentatione pauperum donasse annuas vncias viginti quinque.*

Fol.538.

97 *Lin.19. post verb.* Capuam. *Qui Capuæ colitur Rufus, colitur etiã in vallo Dianę, Diœcesis Caputaquensis; est ibi sub inuocatione S. Rufi Terra, & in ipsa quoque, sub titulo S. Rufi, Archipresbyteralis Ecclesia, & hoc ipso die ibi agitur festum S. Rufi, vt ab Archipresbytero Paulo Terno, hac transeunte, non semel accepi.*

Fol.539.

98 *Lin.22. verbo* Remanerent. *In Missæ præfationibus antiquis per anni circulum est præfatio in natali S. Prisci; verba sunt, Aeterne Deus, qui sic tribuis Ecclesiam tuam Sanctorum commemoratione proficere, vt eã semper illorum & festiuitate lætifices, & exemplo piæ cõuersationis exerceas, grataq; tibi supplicatione tuearis. Per Christum, &c.* Hanc prefationem Pamelius credit

editam

editam à Sancto Gregorio, vide in tom. 2. Liturgicon. fol. 539.

Fol. 540.

99 *Lin.* 10. *verbo* Sancto. *Erat Domus Religiosorum militum, in qua anno* 1283. *erat Præceptor F. Matthæus de Isernia. Ex titulo Præceptoris, videtur domus fuisse militum Templariorum: nam Templarij post* Magistrum *Ordinis habebant Præceptores, vt Hospitalenses habent Priores: patet ex litteris Clementis Papæ V. apud Bzouium anno* 1308. *Bartholomæus de Rigio Capuanus factus est miles Templarius anno* 1203.

Fol. 542.

100 *Lin.* 27. *Quid Sanctus Ianuarius, viuens in cælis, egerit cum Principe Capuano viuente in terris, scribit Chron. Coss. l. 3. cap.* 44. *verba sunt*,

Talia Papæ Gregorij dum peruenissent ad aures, Ducem, & Principem à liminibus Ecclesiæ separauit, collectoque exercitu super eos ire disponit. Quod vbi Duci nunciatum est, concitè vnà cum Principe Capuam remeans Dux supra Beneuẽtum, Princeps verò supra Neapolim obsidionem firmauit. Neapolitani verò, Principis terrore perculsi, omnipotentem Deum rogabant attentius, quatenus de supradicti Principis potestate, miseratione sua clementissima, eos eripere dignaretur. Cumq; eadem ciuitas acerrimè expugnaretur, Sanctus Christi Martyr Ianuarius, cum alijs dealbatis sæpius videbantur à Principe, & eius exercitu per castra armati discurrere: Qui æstimans eum esse Archiepiscopum, mandauit, cur contra ordinem suum cum lancea scutatus ad pugnam procederet. Cui respondens Archiepiscopus: Ego, vt tu, vir Illustrissime perspicis, in lectulo iaceo: ille armatus quis sit, ipse videas: nam pro certo scias, quia S. Ianuarius protegit,

ac defendit hanc ciuitatem. Princeps verò eius dictis derogans fidem, ciuitatem oppugnare non desinebat, in qua obsidione, excommunicatione solutus, defunctus est, cui successit Iordanus filius eius.

NOTATIONES.

DVcem,& Principem. *Dux, Robertus, Guiscardus: Princeps Richardus ex Comite Auersano, primus è genere Normanno, Capuanorum Princeps: hi Campaniam Romæ ad expugnandam erant ingressi. In Chron. antiquæ æditionis dicitur, Princeps fuisse G[illegible] Princeps Salernitanus: At ille idem textus indicat, fuisse Principem Capuanum, habet enim remeasse Capuam, eique, mortuo, successisse Iordanum filium. Anonymus quoque Cassinensis Richardum Capuanum nominat, & Neapolis obsidionem assignat anno* 1076.

Qui æstimans, &c. *Ergo Archiepiscopus erat in castris, & in castris Richardi, ergo erat Archiepiscopus Capuæ; ergo Herueus, qui anno* 1076. *tenebat Archiepiscopatum: Archiepiscopus autem, qui in Chron. l.* 3. *cap.* 16. *dicitur missus ad Imperatorem pro implorando auxilio cõtra Richardum inuasorem Principatus: videtur fuisse Hildebrãdus Heruei decessor, uel alter Hildebrãdo prior.*

*Fol.*566.

101 *Lin.*17. *verbo* Raymo. *Fundauit etiam Lazarus Raymo, vt refertur ab instrumento scripto post fundationem s. anno* 1228. *sed tandem Magistratum S. Lazari [illegible] uniuit cum Magistratu S. Mauritij, et Ducatui Sabaudiæ annexuit. Patet ex Bullario.*

*Fol.*578.

102 *l. H. verb.* Cardinales. *In quodam instrumento permutationis Ecclesiæ S. Angeli cum Ecclesia S. Ioannis Nobilium, seu Arepaldi, factæ ab Archiepiscopo Hildebrando* 1065. *est mentio Marij Presbyteri Cardinalis.*

Fol.

Fol. 580.

103 *Lin.* 1. *verbo* Calatina. *Anno* 1635. *Casertæ inuentum est priuilegium Roberti Principis Capuani, per quod Episcopo Casertano conceduntur, & confirmantur terræ Ecclesiæ Calatinæ in Matalone. Igitur omninò dicendum, Episcopum Calatinum fuisse Episcopum loci circa Matalonem, qui dicebatur Calactia, seu Calatia; cuiusque mentio est in Bulla Episcopi Casertani infra fol.* 588. *& supra fol.* 126. *dicendum quoque inde translatum Episcopium, & dictum esse Casertanum. Priuilegium Roberti scriptum anno* 1119. *mense Octobri, Ind.* 13.

Fol. ccccclxxiij.

104 *Lin.* 2. *verbo* Pandolfi. *Ex principio huius Bullæ videbatur posse colligi nomen Pandolfi, non fuisse idem, quod Paldolfi, sed quia cõtrarium censui fol.* 619. *propterea curaui, vt auctografum, seruatum Isernijs, diligentissimè legeretur: compertum est tam patri, quàm filio idem esse, scriptum Pandolphi nomen, omninò vt est in Bulla Suessani: quare exscriptoris erratũ corrigatur.*

Fol. ccccclxxv.

105 *Lin.* 26. *verbo* Anno. *Venefrani, & Isernienſis Episcopatuum vnio fuisse etiam anno* 1060. *legitur in Chron. Cassin. l.* 3. *cap.* 15.

Fol. ccccclxxvi.

106 *Lin.* 23. *Nomen Archisubdiaconi, alibinon lectum, & prorsus inauditum assero: sed de Ecclesia nostra Capuana loquor. Cæterum fuisse olim in Ecclesijs Archisubdiaconos patet ex c.* 6. *Concilij Antisiodorensis in summa Conciliorum, folio mihi* 163. *ita se habet, Vt à media Quadragesimæ Presbyteri chrisma petãt, & si quis infirmitate detẽtus, venire non potuerit ad Archidiaconum suum, vel Archisubdiaconum, transmittat, etc.*

Fol.

Fol. eodem.

107 *Lin.* 24. *Tandem inueni nomen Archipresbyteri vsitatum in nostra Ecclesia. Inueni in formula iuramenti, quod pro securitate Monasterij Monialium S. Mariæ præstitit Princeps Capuanus anno* 1107. *mense Iulio, die* 30. *qui fuit feria* 3. *Ind.* 15. *illud enim scribitur actum in præsentia Clericorum, & laicorum, & primum nomen est Domni Lamberti Leuitæ, & Archipresbyteri Basilicæ S. Stephani.*

Fol. 585.

108 *Lin.* 24. *verbo* Bulla Episcopi Casertani. *Illustr. D. Frater Ioseph de la Cornea, Episcopus Casertanus, anno* 1635. *inuenit auctographum Bullę. Illud ergo exhibitum mihi per D. Thomam Ceci Clericum Regularem Theologum, & euangelicum Concionatorem, legi, ex quo multa verba emendanda forent; ideo iterum exhibeo, cum notationibus emendatis.*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei ęterni: Sennes seruus Iesu Christi, eius sola misericordia Capuanus Archiepiscopus, Legatus Apostolicæ Sedis, ac in Principatu Capuano Domini nostri Papæ Vicarius, Clero, & Populo Casertano, dilectis in Christo filijs salutem, & benedictionem in Christo. Condecet omnes in Ecclesiastico regimine positos, ac in dominici gregis specula constitutos, de iustitiæ obseruantia esse solicitos, & singulis sua iura integerrimè conseruare, quatenus commissæ nobis Ecclesiæ, conseruante Domino, nullis in aliquo diminuantur temporibus, nullis confusionibus inuoluantur. Nos itaque, qui, licèt indigni, sola Dei misericordia, huius Capuani Archiepiscopatus regimen obtinemus, necessarium duximus Ecclesiarum nostrarũ vtilitatibus,

in

in quantum, Deo adiuuante, possumus, prouidere. Notum sit igitur tam præsentibus, quàm posteris Ecclesiæ Dei fidelibus, quoniam poscentibus Ecclesiæ nostræ Canonicis, concedimus, & confirmamus tibi Venerabili Cõfratri nostro Rannulfo Casertano Episcopo, tuisq; successoribus in perpetuum, totam, & integrã Diœcesim Casertani Episcopatus, illis finibus, quibus nostri Antecessores, tuis concessere, & confirmauere prædecessoribus. In primis scilicet à Ponte rupto incipiendo, qui est in laneo, & qualiter protenditur per viam, quà itur iuxta casam (B) auream: & sicut directè pergitur per Tooianum, & exitur ad Ecclesiam S. Marci, fundatam à filijs Paldi, & Adenulfi Comitum: & inde itur in (C) Sexanta, & exitur in stradam Beneuentanam, & qualiter directè pergitur sub Monte cupo, & per Saxeta, & exitur in fluuium Vulturnum, & in Biferclam, quæ decurrit, & coniungitur cum riuo Vallecari, & sicut itur per ipsa Tora Sancti Vincentij, & exitur ad caput montis Longani: & quomodo reuoluitur per eundem montem, & exitur vsque ad finitas ipsas Plancellas propè Suessulam: cum omnibus subscriptis Ecclesijs tuo Episcopatui pertinentibus, sitis hos intra fines, nominatim superius declaratos. Concedimus itaque tibi, tuisq; successoribus Ecclesiã Sancti Michaelis Archangeli, quæ est Sedes tua Episcopalis; Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ est Cappella; & Ecclesiam Sanctæ Fidis, & Ecclesiam Sancti Petri, Ecclesiam Sancti Valentini, & Ecclesiã Sanctæ Mariæ ad Buccamuzzi, & Ecclesiam Sancti Blasij, Ecclesiam Sancti Andreæ, Ecclesiam Sanctæ Susannæ, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Summana, Ecclesiam Sancti Ioannis de Puteo veteri, Ecclesiam Sancti Nicolai, Ecclesiam Sancti Vitaliani de Atellano, & Ecclesiam

B

C

Sancti

Sancti Angeli de monte, Ecclesiam Sancti Eustasij, Ecclesiam sancti Stephani de Iuniano, Ecclesiam Sancti Marci de Casola, Ecclesiam Sãcti Petri, Ecclesiam Sancti Erasmi, Ecclesiam Sancti Marci de Monticello, Ecclesiam Sancti Stephani, & Ecclesiã Sancti Nicolai ad Torum, Ecclesiam Sanctæ Barbaræ ad Montem, Ecclesiam Sancti Saluatoris de Staturano, Ecclesiam Sancti Laurentij. Ecclesiã Sancti Rufi de Pedemontis, Ecclesiam Sancti Vitaliani de Carzano, Ecclesiam Sancti Angeli ad Pinos, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Mezzano, Ecclesiam Sancti Siluestri, Ecclesiam Sãcti
D Andreæ de Puczanello, Ecclesiã Sancti Vincentij (D) de Sala, Ecclesiam Sancti Simeonis de Ciuecorna, Ecclesiam Sancti Angeli de Monte cupo, Ecclesiam
E Sanctæ Iulianes (E) de Manicosis, Ecclesiam Sanctæ Crucis de Casa noua, Ecclesiam Sancti Petri alla
F Lefrede (F) Ecclesiam Sancti Leuci de Monte, Ecclesiam Sancti Eleuterij, & Ecclesiam Sancti Ioannis, & Ecclesiam Sancti Clementis, Ecclesiã Sanctæ Mariæ, Ecclesiam Sancti Stephani, quæ est in loco Macerata, Ecclesiam Sancti Nazarij, Ecclesiam Sancti Petri, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Fauzano, Ecclesiam Sancti Benedicti, Ecclesiam Sancti Cosmæ de Strada, Ecclesiam Sancti Sebastiani de Turre, Ecclesiã Sancti Martini, Ecclesiam Sanctę Anastasiæ, sitam propè stradam, Ecclesiam Sancti Nicandri. In Castro Limatulæ, & territorio eius, Ecclesiam Sancti Nicolai, quæ est infra Castellum, Ecclesiam Sancti Blasij, Ecclesiam Sancti Petri, Ecclesiam Sãcti Ioannis, quæ est propè portam, Ecclesiam Sancti Erasmi, Ecclesiam Sãcti Archangeli ad Pirum, Ecclesiam Sancti Iacobi à Puzzanisij, Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Cirinianum, Ecclesiã omnium Sanctorum de Turone, Ecclesiã Sancti Thomæ, Eccle-

siam

siam Sancti Adiutorij, Ecclesiam Sancti Eustasij, Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Gruttulas, Ecclesiam Sanctorum Cosmæ, & Damiani, Sancti Pancratij, Ecclesiã Sancti Angeli in Plancano. In Castro Murrone, & territorio eiusdẽ Ecclesiam Sancti Saluatoris, Ecclesiam Sanctæ Mariæ, Ecclesiam Sancti Nicolai, Sancti Cæsarij, Sancti Mauri, Sancti Blasij ad Gradillum, Ecclesiã Sancti Michaelis, Sancti Stephani, Sancti Nazarij; Sancti Andreæ, Sancti Ioannis de Furesta. In Terra Sarzani Ecclesiam Sancti Erasmi, Ecclesiam Sancti Angeli de Cupa. In Castro Matalone, & territorio eiusdem Ecclesiam Sancti Ioannis infra Castellum: Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quę est Cappella, Ecclesiam Sancti Angeli de Monte, Ecclesiam Sancti Ioannis Maglanelli, Ecclesiam Sancti Nicolai, Ecclesiam Sanctæ Mariæ, Ecclesiam Sancti Agnelli, Ecclesiam Sancti Leucij, & Sancti Ioannis, Sancti Petri, Sancti Martini, Sancti Laurentij, Sancti Blasij, Sancti Saluatoris, Sancti Pauli ad Gensoli, Ecclesiam Sanctæ Mariæ Marciani, Sancti Eusebij, Sancti Pauli, Sancti Nazarij, Sanctæ Mariæ ad Guadum, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Calatia, Ecclesiam Sancti Cæsarij, Ecclesiam Sãcti Terentiani, Sãctæ Mariæ ad Iunianum. In Terra Lanei Ecclesiam Sanctæ Fidis, Ecclesiam sanctæ Crucis. In loco Gruttulæ Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Sancti Castrensis. In loco Trentulæ Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Sancti Nicolai, & Sancti Viti. In loco Grummo Ecclesiam Sancti Maximi. In loco Luriano Sancti Marcelli. Ad Ferrarios Ecclesiam Sanctæ Marinæ. In loco Predolæ Ecclesiam Sancti Laurentij. In loco Airolæ Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Sancti Ioannis. In loco Sale Ecclesiam Sancti Laurentij. In Tauciano Ecclesiam Sancti Angeli. In loco Mancusi Ecclesiam Sancti

Viti. In Puczanello Eccleſiam Sancti Iuliani. In loco Triuio Eccleſiam Sancti Simeonis. In loco Ducenta Eccleſiam Sancti Silueſtri, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ dicitur ad Paganos. In loco Capitriſi Eccleſiam Sancti Andreæ, & Sancti Donati. In loco Caſole Eccleſiam Sancti Rufini. In loco ad Ilicem Eccleſiam Sancti Petri. *Hic integra linea legi nequit.* Sancti Viti, Eccleſiam Sancti Petri à Pelluni, & Eccleſiam Sancti Marcellini ad Taucianum, cum Terris, quas modò habent, & beneficijs, quæ Canonici ibi per nos in eis poſſident, ita vt in vita ſua quietè habeant, & fruantur; poſt debitum verò carnis ſolutum, in tuam, tuorumque ſucceſſorum deueniant poteſtatem. Has itaque prædictas Eccleſias tibi, tuiſq; ſucceſſoribus concedimus, cum prædijs, & decimis, cunctiſque ſuis pertinentijs, cum omnibus, quæ modò habent, & quæ ex hinc pro parte earum iuſtè acquirere poteritis. Porrò Terras Eccleſiarum prædictarum .ſ. Sancti Petri à Pelluni, & Sancti Marcellini ad Taucianum, quæ noſtro Archiepiſcopatui pertinere videntur, tibi, aut tuis ſucceſſoribus nõ concedimus, ſed illas tantùm, quas modò habent, vnà cum beneficijs Canonicorum noſtrorum, vt in ſuperioribus habetur: ſed ſi infra iam ſubſcriptos fines veſtri Epiſcopatus, noſter Archiepiſcopatus, ſeu noſtra Abbatia, quãdocunque ſeruus noſtri Archiepiſcopatus ſuas hæreditates, aut poſſeſſiones habent, aut amodo parare, ſeu acquirere iuſtè potuerint, in noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum ſint poteſtate. Sed neque damus, aut cõcedimus tibi, tuiſq; ſucceſſoribus Eccleſiam Sancti Cæſarij, & Eccleſiam Sanctæ Iulianæ, Eccleſiam Sancti Martini, Eccleſiam (G) Sancti Angeli, Eccleſiam Sancti Viti in loco Hercule, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Eccleſiam Sancti Ioannis, Sancti Petri,

G

tri,& Sancti Felicis,& Ecclesiam Sancti Stephani,quas habemus infra montem,neque Ecclesiam Sãcti Leontij in partibus Matalonis. Hanc ergo concessionem tam tibi, quàm tuis successoribus,vt prædictum est, facimus. Tu autem,tuiq; successores,quoties vocati fueritis,nisi canonicam prætẽdatis excusationem, ad nos, & ad nostros successores venire debebitis. Post discessum verò tuum,successores tui,qui nostro,nostrorumq; successorum Casertanæ Ecclesiæ sunt eligendi consilio,à nobis,seu à nostris successoribus Episcopatus cõsecrationem suscipiant,sicut in priuilegijs à sanctę Romanæ Ecclesiæ Pontificibus,*Ecclesiæ* nostræ cõcessis, continetur. Quisquis igitur mortalium cuiuscunque conditionis, huius nostræ auctoritatis concessionem violare præsumpserit, nisi canonicè commonitus, resipuerit, à liminibus sanctæ Matris *Ecclesiæ* vsque ad condigni satisfactionem tempore sequestretur. Piè verò custodientes, atque fideliter obseruantes, omnipotentis Dei benedictione, & gratia repleantur.

Ego Sennes Dei gratia Capuanus Archiepiscopus, & Domini Papæ Vicarius.

Ego Ioannes Suessanus Episc.
Ego Pannulfus Theanen. Episc. legi, subscripsi.
Ego Maurus Isernienfis Episc. subscripsi.
Ego Giroldus Episc. Calinensis sub scripsi.
Ego Lando Presbyter, & Primicerius.
Ego Adenulphus Sacerdos, Primicerius,& Abbas.
Ego Alferius Abbas,& Archid.
Ego Otto Decanus.
Ego Ioannes Sacerdos,& Abbas.
Ego Bonus Sacerdos.
Ego Ioannes Sacerdos.
Ego Audoald⁹ Sacerd.& Abbas.
Ego Pandulphus Sacerdos.
Ego Auioaldus Diaconus.
Ego Petrus Diaconus.
Ego Krlus Abbas.

I

Ex iussione Domini Petri Diaconi, & Cancellarij scripsi Ego Prudentius Subdiaconus,anno Dominicæ

Incarnationis milleſimo, & centeſimo, atque tertio
K decimo, Indictione (K) ſeptima; Pontificatus verò
prefati Domini Sennes Archiepiſcopi anno 17. actum
Capuæ, in ſacroſancta Aula Archiepiſcopij.

A In nomine, &c. *Auctographum inuentum eſt anno 1635. & in plicaturis cernitur læſum. Bullæ inſtituto noſtro vtiliſſima eſt, cum ex hac appareant nomina Sanctorum, qui in illa parte Capuanæ Diœceſis attributa Caſertano Epiſcopo, colebantur.*

B Caſam auream. *Caſertani contendentes de finibus Diœceſis, dicunt Caſam auream eſſe locum, qui dicitur Caſalba: & non aduertunt hunc locum à Ponterupto, qui eſt in Laneo, multùm diſtare, nec ullam eſſe proportionem in finibus: igitur* Caſa aurea, *eſt locus vulgò dictus* Caſoria, *non Caſoria circa Neapolim, ſed in finibus Lanei.*

C Sexanta. *Caſertani dicunt* Sexanta, *ideſt* Quaranta, *locus hodie notus. Quis non miretur Sexaginta, dici quadraginta? profectò eſt hodie locus propè Caturanum, qui dicitur ad Quaranta; & erat alter locus, qui dicebatur ad Quaranta vecchia: ſed neuter eſt locus hic deſignatus in Sexanta, nam* Sexanta, *vt patet ex quodam antiquo quinternione noſtri Capituli, erat locus inter Caturanum, & Rigale, qui dicebatur ad Sexanta, ſeu ad Sanctum Stephanum, & in Taſſa decimarum notatur Eccleſia Sancti Stephani in Sexãta inter Eccleſias Capuanæ Diœceſis. Qui ergo locus propè Rigale, dicitur ad Sanctum Stephanum, ille eſt, qui dicebatur ad Sexanta.*

D S. Vincentij de Sala. *Videtur hìc ineſſe mendum; nulla enim fit mentio de villa Breiani, in qua eſt Parochialis, ſub titulo Sancti Vincentij. In villa Salæ, quæ eſt propè Breianum, Eccleſiæ Parochialis eſt ſub titulo Sancti Simeonis. Videtur ergo legendum Sancti Simeonis de Sala, Sancti Vincentij de Breiano. Aliqui Caſertani dicunt,*

cunt, Breianum non esse multo antiquum, & olim totum illum campũ dictum SALA. deinde immutata nomina.

S. Iulianæ de . . *De Manicesi habet quodam* E
exemplum: profectò hodie 22. Aprilis 1626. legi in instrumento Thesauri Ecclesiam Sanctæ Iulianæ circa montem Cupum.

Lefrede. *Nomen pagi: vera nuncupatio* Aldifreda, F
quod est mulieris nomen Longobardum.

Ecclesiam Sancti Martini, Ecclesiam Sãcti Angeli. G
Hic videtur aliquid deesse: & meo iudicio, deesse Sancti Angeli de Marcianiso: nam istę quatuor Ecclesiæ, scilicet Sancti Cæsarij, Sanctæ Iulianæ, Sancti Martini, Sancti Angeli, omnes sunt in finibus Marcianisi; imo, vt appareret ex antiqua Tassa decimarum Capuanæ Ciuitatis, & Diœcesis anni 1375. Ecclesia Sancti Martini iam facta rũralis, annexa fuit Ecclesiæ Sãcti Angeli: notatur enim in illa, Rectoria Ecclesiarum Sanctorum Angeli, & Martini de villa Marcianisi in tarenis quatuor. *Et in Priuilegio Papæ Alexandri III. quod concessit Alphano anno 1173. quodque à Ioanne XXII. petente Philippo Archiepiscopo, confirmatum fuit anno 1412. Legitur,* In loco Marcianesi Ecclesiam Sancti Angeli, & Sancti Martini *(scilicet* confirmamus*) Propterea ergo, quando supra in hac Bulla dicitur, Ecclesiam Sancti Angeli in loco Mancusi, non benè aliqua exempla habent in loco Martanisij: imò tanto minùs benè habent, cum nomen Martanisij sit recentissimè introductum, & in antiquis non nisi Marcianisi, vel Marcianesi legatur.*

Otto Decanus. *Nota antiquum morem subscribendi, obseruatum à Decano: nam Dominus Archiepiscopus subscribebat à parte dextera folij, & erat subscriptio eius characlere rubro notata: Decanus subscribebat à parte sinistra eiusdem folij, sed characlere nigro. Habemus in* I

scrip-

scripturis Monialium Sancti Ioannis diploma Archiepiscopi Sennetis, cum subscriptione eiusdem, & Ottonis Decani, et aliquot Canonicorum, in quo hic mos obseruatur: idem etiam obseruatur in multis instrumentis Thesauri: ego vix in vno, aut altero instrumento ex recentioribus animaduerti subscriptionem Decani in eadem columna post subscriptionem Archiepiscopi. Hic verò mos obseruatus non fuit in hac Bulla; nam subscriptio Sennetis Archiepiscopi est characlere nigro, non rubro: & Archidiac. subscripsit ante Decanum. An illo tempore inter Decanũ, & Archidiaconum in subscribendo certus, & cõstans non erat ordo. Nolo præterire, in diplomate Sennetis apud Monasterium Sancti Ioannis, subscriptiones Sennetis, Alferi, Ottonis, Adenulfi, Audoaldi, & Ioannis, esse eiusdem prorsus formæ, & characteris, vt in hoc diplomate Casertano; rubro tantum excepto colore, qui in Archiepiscopi subscriptione deest hìc, non ibi.

K Indictione septima. *Et hoc quoque mirum est, cur præter solitum morem non sit annotatus mensis: tamen cum indictio incipiat à mense Septembri, oportet, non ante hunc mensem scriptã esse Bullam; nam anno* 1113. *est indictio sexta vsque ad Septembrem, & à Septembri incipit septima, & hæc computatio valet, si accipimus nomen Incarnationis, vt confunditur cum nomine Natiuitatis, quod passim obseruare licet; alioquin infinita corruerent diplomata.*

*Fol.*599.

109 *Lin.*18. *verbo* Vsurpauit. *Abbatiam Cassinensem cum sua Diœcesi fuisse Capuano Archiepiscopo subditam, sed priuilegio Papæ Alex.II. exemptam patet ex Chron.l.*3.*cap.*26.

*Fol.*618.

110 *Lin.*18. *verbo* Reliquerunt. *Petrus Damiani epist.*

epist. 10. *l.* 8. *de hoc occiso Principe ita scribit,* Huius tempore .*i. Hugonis Marchionis,* Capuanus Princeps, si ritè rem teneo, dum manibus chirothecas vellet adducere, hi qui aduersus eum conspiraverant, ei protinus, quasi subseruientes occurrunt, manus eius vtrasque complodunt, & mox euaginatis gladijs, eum cõfodientes interimunt.

Fol. 619.

111 *Lin.* 26. *In Ecclesia S. Benedicti est insigne epitaphium Landolfi Principis in pauimento stratum: dubitatur cuiusnam Landolfi sit: quia in quodam instrumento Cassinensi legitur, Landulfus Princeps tempore Ioannis Abbatis; ideo puto Landolfum fuisse patrem Pandolfi de* S. *Agatha, & sumpsisse Principatum anno millesimo ~~centesimo~~ primo, & cum eo eodem anno Pandolphum filium, expulso Aldemario Balsomi; ac proinde dico, in Chron. Cass. l.* 2. *cap.* 15. *non esse corrigendum Landulfi nomen, & eiusdem Chron. cap.* 31. *optimè consentire, quando habet Pandulfum Capuanum Principem fratrem Atenulfi Abbatis, pridem post patris mortem confirmasse Monasterio, &c. nam Chron. loquitur anno* 1014. *quo dominabatur Paldolfus, mortuo iam patre ab anno* 1008. *octo enim annos in Principatu vixit Landolfus, vt legitur in epitaphio, corrigendus autem videtur textus, vel cap.* 29. *& legendum,* Mandauerunt Landulfo Principi Beneuentano, *vel cap.* 15. *& legendum,* filius Pandolfi Beneuentani.

Fol. 620.

112 *Num.* 1022. 1030. 1031. *Hic recedo ab Anonymo Cassinensi, qui reditum Pandulphi adscribit anno* 1025. *& Neapolis occupationem anno* 1027. *recedo propter instrumentum, quod infra citatur fol.* 641. *sub nu.* 1030. *at non recedo à Chron. Cassin. quia Chronicum*

l. 2.

l.2.cap.57. & 64. nihil habet noſtræ ſupputationi contrarium, ſed vt ſolet, abſque diſtinctione in vno contextu plura vnit tẽpora. Si Conrado in Regẽ leuato, precatu Guaimarij tandem ſolutus eſt Princeps: *certè illa dilectio* tandem, *vt longum tempus poſt Pandulphi vincula, ita et poſt Conradi eleuationem ſignificare poteſt: preces quoque Guaimarij longè melius intelliguntur oblatæ verbis, Imperatori præſenti, quam abſenti per litteras: præſenti, ſcilicet, quando ad Conradi coronationem anno* 1027. *magnatibus, qui à monte Gargano erant vſque ad Anglicum mare, conuenientibus Romam, ipſum quoque Guaimarium eò conueniſſe poteſt exiſtimari. Monachi verò, qui mala à Pandulfi reuerſione per duodecim circiter annos accepta, narrant Imperatori; profectò de inchoatis loquuti, poſſunt intelligi: atque ità ab anno* 1027. *ad annum* 1038. *erant circiter duodecim, quia duodecimus appropinquauerat. Cum igitur Chron. ſupputationi noſtræ nihil obſtet, ab Anonymo ea facilitate receſſimus, qua ille recedit à Chron. habet ille Pandulfum obſediſſe Capuam anno vno, et obtinuiſſe Neapolim anno vno, & obtinuiſſe Neapolim anno vno, & menſibus quinque. Conradum huc aduenisſe anno* 1038. *ſi quis autem inſtrumenti fidem Anonymo minus fecerit, vel inſtrumentum in aliud tempus reiciendum putauerit, hunc animi noſtri ſenſum boni conſulat. Cæterum, quod hic, & infra fol.* 642. *dicimus de morte Pandulfi, antequam nepos eius ex filio in Principem aſſumeretur; corrigendum demonſtrant Bullæ Iſernienſis, & Sueſſani.*

*Fol.*623.

113 *Poſt lin. vltimam. Marius de Vipera Archid. Beneuentanus in Chronol. Epiſc. & Archiepiſ. Beneuenti, nuper edita, refert Bullam Ioannis Papæ XIII. in qua ſunt hæc verba,* Interueniẽtibus Pandulfo Beneuentan.

& Ca-

& Capuan. Vrbium Principe, seu Spoletium, & Camerini Ducatus Marchione, & Duce, simulque & Landulfo Excellentissimo Principe filio eius. *Hinc satis apertè cognoscitur, vnum, eundemq; Principem, duarum Vrbium Principem extitisse. At ex altera parte, quæ à nobis citatæ sunt auctoritates, videntur etiã satis claræ. difficilis nodus. An Beneuenti, & Capuæ vnus erat Principatus, qui dicebatur Principatus gentis Langobardorũ, sed inter duos Principes ad regendum diuisus? non improbabilis coniectura, quando venit in mentem, vnum Romanũ Imperium inter duos Augustos quoad regimen tantum aliquando diuisum habuisse vnum in Oriente, et in Occidente alterum Imperatorem. Itaque in citatis Auctoribus duos agnoscimus Principes, quia Beneuẽtum, & Capuam distinctas Vrbes, duæ distinctæ personæ gubernabant; in Bulla verò Papæ Ioannis XIII. duarum Vrbium eundem Principem, quia Principatus ipse Langobardorum quoad ius, vnus erat. Et Pandulfus, qui Capuæ præerat, sicut in publicis diplomatibus appellabatur Princeps gentis Langobardorum, ita à Papa Ioanne Beneuenti, & Capuæ Princeps appellari potuit.*

Fol. 624.

114 *Arbor Longobardorum Comitum nostra, Pandoni quatuor filios attribuit; & Pandolfum à Pandenolfo distinguit. Ego in Heremperto fol.* 49. *putaui nomina retinenda vti iacent, quia cum textus sit manifestè mutilus ibi,* qui nolens acquiescere, egressi tres, &c. *inter verbum* acquiescere, *et verbum* egressi, *oportet fuisse scriptum aliquid factum à Pandenolfo, acquiescere nolente: cui scriptæ rei, commodè subnecti potuit, & egressi tres germani, præterea nostra arbor habet Landolfum Episcopum in schismate fuisse filium Landonis secundi Comitis in Capua noua, & nepotem Lando-*

uis Comitis primi. Ratio. In catalogo Comitum dicitur. Landolfus filius Landonis factus est Episcopus, at cuiusnam Landonis censendus est filius, nisi Landonis ab eodem Auctore præmemorati. Filius ergo Landonis secundi Comitis, qui in catalogo memoratur. Præterea Heremertus fol. 57. in postrema linea, et fol. 58. memorat duos Landones, de primo ait, Lando Berealis, et Sueſſam, de secundo, alter Lando Calenum, & Caiaciam, primum nominat simpliciter Landonem. Secundum vocat alterum Landonem: quando ergo subdit, Landolfum Landonis filium, intellexit Landonem secundum Comitem, qui ab ipso simpliciter dictus est Lando: si enim de Landone filio Landenolfi intellexisset, utique dixisset alterius Landonis filium.

Quod autem Landolfus Episcopus dicitur filius Landonis, qui segnitie notatur ab Heremperto, nihil contra nos probat: ille enim Lando segnis, non est Landenolfi nepos, vel filius. Nota, quæso, fol. 58. quia Lando segnitie torpebat naturaliter, propterea Landolfus filius eius non est consecratus Episcopus. Hic Lando segnis, et pater Episcopi, vt patet ex contextu, fuit Landulfi Episcopi, & Comitis mortui nepos ex fratre, proinde censendus filius, uel Landonis, vel Landenolfi, et ex alterutro filio, nepos primi Landolfi. Nota insuper fol. 66. Lando segnitie torpebat naturaliter, & propterea non consentit Athanasio mala suadenti. Hic Lando non idem, ac dictus fol. 58. quia ille fuit filius vel Landonis, vel Landenolfi, nempe mortui Landolfo Episcopi nepos ex fratre, et primi Landolfi nepos ex filio, at hic Lando dicitur filius Landonis præstantissimi viri: Lando autem præstantissimus vir, uel est secundus Lando, filius primi Landonis: vel Lando filius Landenolfi, et propterea Lando hic segnitie torpens memoratus, fol. 66. est Landulfi primi pronepos, non autem

tem nepos, vt memoratus f.58. Duo igitur apud Heremp-
pertum sunt Landones segnitie torpentes. Adde nũc Lan-
do segnis memoratus fol.66. est idẽ qui memoratur f.71.
nempe qui erat Castaldus, seu Comes Capuæ, quando
Adenulfus vi Capuam singulariter obtinuit. Ergo non est
putandus Lando segnis filius Landonis, et ex hoc patre
nepos Landenolfi: quando enim Adenolfus Capuam
occupauit, vt patet ex fol.72. viuebat Lando Adenulfi
frater. Pater autem Landonis, segnis dicti, iam præmor-
tuus, ab Heremperto memoratur fol.68.

Itaque ratio nostræ arboris constat, ac primus Lando
segnis fuit pater Episcopi, alter Lando segnis fuit eiusdẽ
Episcopi frater, et cum Episcopo nepos Landonis Para-
disi, et pronepos Landolfi. Fateor tamen Auctorem Cata-
logi Anonymum ab Heremperto differre: qui enim in
Catalogo dicitur Landenolfus frater Landonis, iuxta
Heremperti est Lando secundi Landonis, secundi in
Capua noua Comitis, et in Comitatu quem amiserat sex-
to loco restituti filius.

Fol.626.

115 *Verbo* Richardus. *In duobus præceptis datis*
à Richardo Monasterio Sancti Angeli ad Formam, no-
minatur Rainulfus magnæ recordationis Consul, &
Dux auunculus Richardi.

Lin.5. Amalphitana, *corrige* Melphitana.

Fol.631.

116 *Lin.6. vbi est* 1314. *corrige* 1414.

Fol.632.

117 *Hæc linea ex Chron. Cassinense, l.4. cap.65. ex*
Falcone Beneuentano, ità corrigi debet, vt septem nu-
merentur Principes; sit primo loco Richardus: secundo
Iordanus, Richardi filius: tertio Richardus, alter Iorda-
ni filius: quarto Robertus, filius quoque Iordani: quinto

Richardus, Roberti filius: sexto Iordanus, primi Iordani filius, et Roberti frater: septimo Robertus, filius Iordani, modò dicti, planè Chron. nominat Richardum Roberti filium, sed de secundo Iordano nihil: nos verò, quia anno 1120. *quo Robertus obijt, inuenimus Iordanum in Principatu, ideò putauimus in Chron. pro Iordano scriptum esse Richardum. At nunc ex Falcone comperimus, Richardum Roberti filium consecratum fuisse Principem anno* 1120. *mense Maio, in festo quidem Ascensionis: illum tamen cum ir firmo patre, dies tantum octo, & à patris obitu, dies tantum duos aduixisse: eoque defuncto Iordanum patruum eius, Roberti nempe fratrem Principem constitutum à Capuanis. quare fol.* 628. *inter Robertum, & Iordanum anno* 1120. *adnumeretur Richardus Roberti filius, & Iordanus secundus, qui dicitur filius Roberti, dicatur Roberti frater. Quod autem Falco dicit Richardum consecratum Principem anno* 1120. *die Ascensionis Domini, quinto die ipsius Maij stante, hoc verbum stante, intelligendum est, vt ad similitudinem Kalendarum, significet diem distãtem à principio succeßuri mensis: quomodo dies* 27. *Maij, erat quinta dies ante Iuniũ, in quem diem* 27. *Maij illo anno incidit Ascensio Domini, verbum stante, ità interpretatur Baron. anno* 1177. *mihi fol.* 454.

*Fol.*641.

118 *Lin.*2. *Hic deest vna integra linea; legendum est ita: (Dicendum est hoc instrumentum pertinere ad Paldolfum de Theano, & esse anni, &c.*

*Fol.*641.

119 *Lin.*14. *post verb.* Ioannem. *Horum Principum Paldolfi, et Ioannis filij extitit in Thesauro Capuano diploma, cuius initium:* In nomine Domini Saluatoris nostri Iesu Christi Dei æterni. Paldolfus, & Ioannes

nes filius eiusdem Principis, diuina ordinante prouidentia, Langobardorum gentis Principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti sui petentis, fauet. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet, & futurorum sagacitas, quia Pandolfus dilectus noster, & filius quondam Gualani, nostras exorauit Excellentias, quatenus per nostras præceptales paginas cõcedi videremus Petro dilecto nostro, parenti, & filio quondam Petri, hoc est territorijs, quibus sunt Liburiæ loco pendice, quæ fuerunt pertinentes quondam Landoni, qui fuit Cast. & reliquis alijs territorijs, quibus sunt eadem Liburiæ per singulis locis, quæ hic subter notescimus. V. integrum campum in Isele, quæ dicitur Siluola, & vna alia terra, quæ est clausura, quæ dicitur de decima; & alia clausura, ibiq; propinqua, quæ dicitur Luporillo, & in alia Terra, quæ dicitur Campu de Mauru, qui est propinquo vicu, qui dicitur Casa pesinna, & alium integrum campum, qui est prope Ecclesiam Sancti Sosij, & vna integra Ecclesiæ clausura, in loco Bulgiano, quæ dicitur de Amalfitani, &c. *In fine diplomatis est subscriptio Paldolfi, more solito Principum. & subtus legitur*, Petrus Cleri, & Scriba ex iussione prædictæ Sereniſsimæ Potestatis scripsi. Datũ iij. Nonas Octobris anno primo Principis Domini Paldolfi, quam & primo anno Principis Domini Ioannis eius filij, glorioſisſimis Principibus. Indict. sexta, actum in cibitate Capuana.

Fol. 642.

120 *Lin.* 15. *Hic vbi legitur* quinta Ind. *lege* quarta Ind.

Fol. 649.

121 *Lin.* 26. *De vsu rubri characteris apud Imperatores Græcos, vide Baron Tom.* 10. *anno* 869 *nu.* 63. *& Tom.* 9. *anno* 726. *in epistola Gregorij Dialogi D.*

CHRO-

CHRONOLOGIA, SEV CATALOGVS Episcoporum, & Archiepiscoporum Capuæ veteris, & nouę, desumpta ex 3. par. Sanctuarij, & in compendium redacta.

Episcopi in Capua veteri.

Anno Christi.

44 S. Priscus Martyr. In via Aquaria.
00 S. Sinotus Mart.
60 S. Rufus Mart.
00 S. Augustinus Mart.
00 S. Aristæus Mart.
00 S. Quartus Mart.
00 S. Quintus Mart.
313 Proterius.
314 Protus.
346 Vincentius.
400 Memorius.
418 Iulianus.
000 S. Pamphilus.
000 S. Rufinus.
443 S. Priscus.
461 Tiburtius.
499 Constantinus.
500 Alexander.
519 S. Germanus.
514 S. Victor.
572 Probinus.
590 Festus.
600 Basilius.
664 Gaudiosus.
680 S. Decorosus.
700 S. Vitalianus.
740 N. Hospes S. Vvillibaldi.
743 Theodorus.
000 Amandus.
830 Radalpertus.
843 S. Paulinus.

Episcopi in Capua noua.

856 Landulphus Comes.
878 Landulphus.
879 Landenulphus.
891 Landenulphus.
000 Otto.
000 Vgo.
928 Petrus.
943 Sicho.
946 Aldebertus.

Archiepiscopi.

966 Ioannes.
974 Leo Mon.
978 Gerbertus.
987 Adenulphus.
990 Aio.
1007 Paldulphus.
1008 Adenulphus.
000 Niciphorus.
1065 Hidelbrandus.
1076 Hetueus.
1088 Robertus.
1098 Sennes.

1120 Otho.
1129 Philippus.
1130 Vgo.
1136 Gulielmus.
1143 Gaufredus Rufus.
1163 Alphanus.
1183 Matthæus.
1204 Rainaldus.
1220 Rainaldus secundus.
1228 Iacobus.
1244 Marinus.
1286 Cynthius.
1291 Salimbenus.
1297 Petrus Gerra.
1299 L.
0000 Doriccominus.
1304 Ioannes Capuanus.
1305 Andreas Pannonus.
1311 Ingerannus Stella.
1334 Richardus.
1348 N.
1350 F. Vesianus.
1354 F. Ioannes.
1357 A. Albertinus.
1360 Reginaldus.
1366 Stephanus de Sanitate.
1381 Loysius de la Rath.
1382 Athanasius Vindacius.
1408 Philippus Barilis.
1439 Nicolaus de Acciapacio.
1447 Iordanus Gaytanus.
1496 Ioannes Borgia Card.
1500 Ioannes Lopes Card.
1501 Ioan. Baptista Ferrarius Cardinalis.
1502 Hippolytus Estensis Car.
1520 F. Nicolaus Asconbergh.
1535 Thomas Caracciolus.
1546 Nicolaus Caetanus Car.
1549 Fabius Arcella.
1560 Nicolaus Caetanus. Regreditur.
1573 Cæsar Costa.
1602 Robertus Bellarminus Cardinalis.
1605 Antonius Caetanus Car.
1624 Aloysius Caetanus Card.
1627 Hieronymus Constātius.
1635 Hieronymus de Frāchis, qui Capuam non ingressus, Ecclesiam tenuit à die vj. vsque ad xxx. Ianuarij.
1636 Camillus Meltius.

FINIS.

Imprimatur.

Felix Tamburellus Vic. Gen.

Felix de Ianuario S. T. D. Dep.

FINIS.

In fine Recognitionis III. *post verbum Beneuentani, adde, Epitaphium est inciſum charactere Longobardo, & est hoc,*

Siſte gradus Itor paucis te fabor, abito:
Et retine mente, qui iacet hoc lapide.
Poſt orans, eius dic, dic: Deus eſto miſertus:
Hic decus Auſoniæ, Vrbis & hic regimen.
Landulfus Princeps magno de ſtemmate fulgens,
Pulchrior in populo non fuit alter eo.
Conſilio Græcos, & Gallos enſe præiuit,
Tutamen multis Italicis viguit.
Cæſar ad exilium dudum cum mitteret illos
Solus pro multis offuit ipſe cui.
Nam Capuam ingrediens Ottonia cuſpide pellēs
Agmina, confugium fecit eam latio.
Crimina poſt vicit Benedicti veſte beati,
Quam ſacris lacrymis induit atque pijs.
Vnde quadraginta felices vidit ariſtas,
E quibus & Princeps octo fuit Capuæ.
Tuncque nono patitur Ligurcos ſcire Klendas
Auguſti menſis, dans animam ſuperis.

NOTATIO.

Ad primum verſum.

Itor, *ideſt, viator.*

Ad 4.

Auſoniæ Vrbis. *Hæc duo verba Auſoniæ, & vrbis poſſunt conſtrui coniunctim, vt adiectiuum cum ſubſtantiuo, & diuiſim, vt duo ſubſtantiua: ſed quoquo modo conſtruantur Auſoniam, intelligo iuxta primam eius*

significatiorem: olim Ausonia (vt habet Festus) dicebatur illa pars Italiæ, in qua sunt Beneuentum, & Cales, cuius regionis incolæ propriè Ausones dicebantur, & Ausonij. Quare dicere, Landolfum fuisse decus Ausoniæ, & regimen vrbis: seu (& fortasse melius) dicere, illum fuisse decus, & regimen vrbis Ausoniæ, est dicere, fuisse Beneuentanæ vrbis, & Principatus splendorem, & Principem.

Ad 5.

Magno de stemmate. *Recta linea stemmatis ita se habet. A Landulfo vltimo Comite Capuæ veteris nascitur Landenulfus: à Landenulfo Atenulfus è Comite primus Capuæ Princeps, & Beneuenti simul: ab Atenulfo, item Atenulfus, qui cum fratre Landulfo Capuæ, & Beneuenti Princeps fuit: ab Atenulfo Landulfus Beneuenti Princeps; à Landulfo, Landulfus hìc cognomento de Sancta Agatha, ab hoc Landulfo Paldulfus.*

Ad 7.

Consilio Græcos. *Hìc agnosco tantum laudari Principem à prudentia, & à bellica fortitudine, qnarum altera Græcis, & altera Gallis maior asseritur.*

Ad 8.

Tutamen multis. *Hìc tangitur, quod Romæ actum est ab Ottone Tertio. ille namq; excitato per Crescentium Tyrannum schismate contra Gregorium Quintum, Antipapam Ioannem, & Tyrannum extinxit, & fautores, præsertim Tyburtes compressit. tunc ergo multi Capuam ad Landulfum nouum Principem, Ottonis inimicum confugerunt.*

Ad 11.

Nam Capuam ingrediens. *Ingredi in aliquam ciuitatem, vt ante nos obseruauit P. D. Antonius Caracciolus in Nomenclatore, quatuor Chronologorum, illo*

sæculo

ſæculo ſignificabit expugnare, comprehendere, occupare, & poſſeſſionem inire. Hìc ergo tangitur hiſtoria, quæ in Chron. Caſſ. l. 2. cap. 15. habetur his verbis, Supradictus itaque Imperator Otto, depoſito Laidulfo, quem ſupra diximus, & vltra montes exiliato, eo quod in nece fratris ſui conſenſiſſe videbatur, Ademario cuidam Capuano filio Balſami Clerici, quem ſecum à puero educatum vnicè diligebat, quemque ante paululum Marchionem fecerat, Capuanum tradidit Principatũ. Non multo poſt idem Ademarius à Capuanis Principatu depellitur, & Landulfus de S. Agatha filius Landulfi Beneuẽtani Principis in Principem ſubrogatur. *Igitur Landulfus cuſpide .i. proprijs armis, ab vrbe Capua expulit agmina Ottoniana, copias nempe ab Ottone relictas pro Ademarij defenſione. Tunc noſtra Capua facta eſt confugium multis, qui Romæ, & in Romana ditione ab Imperatore comprimebantur. Inſuper arbitramur (& melius) Capuam factam confugium multis, quando anno primo ſupra milleſimum rebellante quodam Gregorio Maximate Romano, Imperator Otto rebellantes vbicunque vel in ipſis, vel in rebus ſuis lædere potuit, verbis eorum mendacibus diffidens, nocere non tardauit. Baron. anno* 1001. *n.* 16.

Ad 13.

Benedicti veſte. *In libro emortuali Monialium tam S. Ioannis, quàm S. Mariæ de Capua non ſemel occurrunt notati Principes Monachi, tam viri, quàm fęminæ. puto vel ſanos Principatu depoſito Religionem ingreſſos, vel infirmos, profeſſos Religionem, retenturi, ſi conualuiſſent. Landulfus octauo anno Capuani Principatus, factus eſt Monachus, & obijt, anno autem Domini poſt milleſimum ſeptimo, vt notat Anonymus Caſſinenſis, vel octauo, vt nos cõputauimus, die* 24. *Iulij.*

Ad 16.

E quibus Princeps. *Ergo series Principum Capuæ ita disponenda est: Atenulfus primus Princeps Capuæ, & Beneuenti simul. II. Atenulfus Atenulfi Primi filius vnà cum fratre Landulfo. III. Landulfus filius modò dicti Landulfi. IV. Paldulfus Capoferreus Landulfi filius. V. Landulfus Capoferrei filius. VI. Landenulfus, & ipse Capoferrei filius. VII. Laidulfus frater. VIII. Aldemarius Balsami. IX. Landulfus de Sancta Agatha, Landulfi Principis Beneuentani filius. X. Paldulfus Landulfi filius. XI. Paldulfus Theani Comes. XII. XIII. & cæteri, vt sequuntur folio 620. in Sanctuario.*

Ad 17.

Nono Klendas. *Nono Kl. Augusti, die .s. vigesimo quarto Iulij. Consonat liber emortualis Monialium Sanctæ Mariæ, in quo viiij. Kl. Aug. Landulphus Princeps, & Monachus.*

Ad 17.

Ligurcos. *Quid sit Landulfum sciuisse Ligurcos, non benè capio: si tamen opinari licet, opinabor, ea ætate à Longobardis pronunciatum Ligurcos, pro Lycurgos. Lycurgos uerò interpretabor viros seueros, quales sunt Monachi Magistri Nouitiorum monasticæ disciplinæ seueri custodes. Tunc sensus erit, Landulfum tempore suæ mortis factum Monachum, expertum seuera monita Monachorum pro agenda cum lacrymis pœnitentia: Fortasse aliter interpretari possumus, vt auctor Epitaphij voluerit laudare Landulfum ab humilitate; quia qui Princeps erat, & Lycurgus Capuæ .i. qui dabat leges Capuanis, voluit se submittere, & in Religione ab alijs regi. Passus est igitur scire Lycurgos, quia aliorum præceptis obedire non renuit.*

In

In fine recognitionis 84. *pag.* 77. *post verb. teste Lupo Protospota, adde,*

Nuper ad me Bartholomæus Chioccarellus Neapolitanus Iureconsultus, vir multæ lectionis, & veterum, nostri præsertim Regni monumentorum diligentissimus perquisitor, & conseruator, misit ex Paulo Diacono verba, quæ pro S. Leucij recognitione considerarem. Paulus Diaconus in Chron. de Episcopis Metēsibus sic ait pag. 1. Igitur cum Petrus Romam peruenisset illicò, qui summas qūasq. vrbes in Occiduo positas Christo Domino per verbum fidei subiugaret, optimos, eruditosq. viros ex suo consortio direxit. Tunc deniq. Apollinarem Rauennam, Leucium, Brundusium, Anatolium Mediolanum misit, &c.

Hac authoritate probatur S. Leucium à S. Petro missum Roma Brundusium. At Brundusinæ Ecclesiæ monumenta habent, S. Leucium ab Alexandriæ finibus naui vectum, Brundusium appulisse. Quid censendum? An duo Leucij Brundusinæ ciuitatis Episcopi, vnus Petri discipulus, & fortasse Martyr ille, de quo S. Gregorius l. 9. *epist.* 72. *Alter Episcopus, & Confessor, de quo tabulæ Brundusinæ. Ego puto Brundisinam traditionem, & tabulas, quæ Leucium vnū agnoscunt, auctori illius Chron. præponendas: ille enim auctor in Sancto Anathaleone quoque, quem Anatolium vocat, videtur deceptus: Anathaleo namque S. Barnabæ Apostoli discipulus, ab eodem Apostolo Brixiensi Ecclesiæ præfectus fuit, & deinde Barnabæ mortuo in Episcopatu Mediolanensi successit. Hæc Philippus Ferrarius de SS. Italiæ ex Mediolanensis, & Brixiensis Ecclesiæ monumentis. Quare auctorem in S. Anathaleone deceptum, in S. Leucio quoque nostro deceptum, non temerè arbitramur. Neque vrgent S. Gregorij verba, nam illa non habent Leucium, sed*

Leontium: Leontius autem, & Leucius, vt ex Romano Martyrol. colligi potest, duo sunt propria inter se distincta nomina. Esto tamen apud S. Gregorium Leontium esse, qui communiter Leucius appellatur: quid inde? cum certò constet Martyris nomine à Patribus appellatum, qui de Christiana Fide interpellatus, in Fidei confessione constans, pro Fide aliquid mali pertulerit, etsi non mortem. Ita Pamelius ad Cyprianum epistola 9. Et ipse iampridem in Sanctuario fol. 446. ita S. Gregorij de S. Leucio verbum exposui.

IN-

INDEX RERVM notabilium.

A

ABbatissa S. Mariæ, recogn.88. pag.79
Abbatia Cassinensis olim suffraganea, r.109. 94
Adinulfus Comes Acerrarum, r.78. 68
Adriani Papæ verba, r.69. 59
Alexander IV. r.82. 72
Alexander de Sicilia Episcopus, r.39. 33
Alfonsus de Azzia, r.41. 34
Alfanus Archiepiscopus, r.52. 40
Amandus Episcopus, r.42. 34
Anacletus Antipapa, r.49. 40. & 72
Andreas Pandonus, r. 57. 41
Antonius de Gallo Episcopus, rec.38. 33
Apulia Regnum, rec.8. 8
Aristodemus, nomen dæmonis, rec.1. 4
Argumenti negatiui quanta vis, rec.29. 21
Archisubdiacon⁹, r.106. 85
Ausonia, quæ pars Italiæ dicebatur, rec.111. vide in adden.

B

BPro V, rec.20. 14
Bella, nomen mulieris, rec.22. 15
Benedicendi ritus potestas, rec.23. 17
Boues facti immobiles, rec.10. 9
Brundusina Ecclesia, r.84.
Bulla Episcopi Casertani emendata, rec.108. 86

C

CAlatia circa Mataionem, rec.103. 85
Camillus Meltius Archiepiscopus, rec.64. 47. & 57
Capitolium quid, rec.6. 6
Capuã ingredi quid, r.111 in adden.
Capua confugium multis, rec.111. in adden.
Capuanus Abbas S. Angeli, rec.89. 79

Capuani missi ad Adrianũ Papam, rec.69. 60
Cardinalis titulus, r.102. 84
Carolus Magnus, r.68. 59
Carosius nomen, & cognomen, rec.35. 32
Castrensis, rec.3. 4
Casalia Cameræ Archiep. rec.61. 42
Castellanus Turrium, rec.82. 74
Cauenses Monachi, r.3. 4
Cælestinus V. rec.82. 73
Columbæ circa Crucem, rec.17. 13
Colossus Capuæ, rec.16. 12
Constantiniana quæ, r.5. 6
Consecratio Ecclesiæ Capuanæ, rec.91. 80
Corpus quid, rec.4. 5
Custos Ecclesiæ, r.26. 17
Curia quid, rec.7. 7

E

Ecclesiæ cõsecratio miraculosa, rec.32. 31
Ecclesia S. Mariæ Maioris, rec.28. 18. *& infra.*
Epitaphium Fr. Carosij, rec.35. 31
Epitaph. Amandi, r.42. 34
Epitaph. Iordani Archiep. rec.63. 44
Episcopi suffraganei, rec.52. 40
Episcopi Anonimi. 33
Error in historia miscellanea, rec.12. 11
S. Erasmus casale S. rec.31. 30

F

Festus Episcopus, rec.67. 58
S. Ferrãdus Epis. r.83. 75
Forum quid, rec.9. 8
Franciscus Carosius qui, rec 45. 31

G

Galazzà locus, recog.15. 12
Genuit, verbum, quid in epitaphijs, rec.74. 67
S. Germani litteræ nullæ ad S. Remigiũ, r.14. 12
Gulielmꝰ Bonus Rex, r.3. 4
Gulielmus Rauennas Archiepiscopus, rec.50. 40

H

Herueus Archiepiscopus, rec.48. 40
Hieronymus de Franchis Archiep. rec.64. 47
Hybabaldus Archiep. rec.46. 39
Hymni de S. Francisco, rec.34. 31

I

IA, nomen mulieris, rec. 65. 57
*B. Iacobus Alemannus, rec.*78. 69
*S.Ianuarius, rec.*100. 83
*Imperatoris nomen quid, rec.*95. 82
*Imperatores orientales, & eorum filij, rec.*29. 22
*Innocentius Papa, r.*82. 71
*Indulgentiæ Ecclesiæ Capuanæ, rec.*82. 72.73
*SS. Ioannes, & Paulus, rec.*27. 18
*S. Ioannes Euangelista consecrat Ecclesiam, rec.*32. 31
*Iordanus Caietanus cur dictus de Aragonia, rec.*63. 44
*Ioseph de la Cornea Episc. Casertanus, r.*108. 44
*Isernienſis Eccl. r.*48. 40
*Iudæi conuersi loquuntur cum S.Paulo, r.*92. 80

L

LAneum flumen, rec. 25. 17
*Lãdo Comes, Theani Princeps, rec.*79. 71
*Lando segnis, vnus, & alter, rec.*114. 98
*Lãdulfus Princeps fit Monachus, rec.*111. *in add.*
*S. Laurentij Hospitale, rec.*95. 82
*S.Lazarus Eccl. r.*101. 84
*Leo Imperator, & Leo nepos, rec.*29. 24
*S. Leucij vita, & deuotio, & alia, rec.*84. *pag.*75. *& in adden.*
Ligurci, *seu* Lycurgi, *& quid sit scire* Ligurcos, *rec.*111. *in adden.*
*Linea recta Principum, rec.*111. *in adden.*
*Longobardorum linea bene posita, rec.*114. 97
Ludouicus Turres Cardinalis, *rec.*3. 5

M

*MAgnus Morula, & Marinus, r.*37. 32
*S.Mandatus, rec.*94. 81
*Maranum casale Neapol. rec.*3. 5
*Marotta de Aquino Abbatissa, rec.*77. 69
*S. Maria de Capua, r.*28. *p.*19. *& infra.*
Melphitana Synodus, rec. 115. 99
*Mercatum .i. nundinæ in S.Maria, rec.*31. 39

Me-

Metropolis Capuana, rec. 81. 71
*Miracula Cæleſtini Papæ, rec.*82. 74
*Miſſi è longinquo ad ſepulchra SS. rec.*18. 13
*Monaſterium S. Benedicti, rec.*87. 78
*Monaſterium S. Heleni, rec.*84. 75
*Mos in epitaphio commendandi ſepultum Sancto Titulari,r.*42. 36.37
Mutius de Azzia, recogn. 41. 34

N

*Nicolaus Acciapacius Archiep.r.*58. 42
*Nicolaus Antonius Belarbore,r.*35.84. *p.*32.75
*S. Nilus, rec.*71. 64
*Nomina Sanctorum corrupta, rec.*30. 30
*Normãnorum Principum ſeries,rec.*114. 99
*Nundinæ in S. Maria, rec.*31. 30

O

Offa Abbatiſſa, rec. 22. 15
Otto Imperator quãdo venit Capuam. 43

P

Paldulfus Capoferreus bonus Princeps, rec. 31. 64
Paldulfus malus, qui, rec. 71.*p.*61.*de eo,r.*111.95
*Pandulfus Theani Comes, Princeps,r.*72.100. 67
*Pandolfus,idem quod Paldolfus, rec.*104. 85
*Paulus Terni, rec.*97. 82
*S. Petrus caſale, rec.*4. 5
*Petrus de Vinea iunior, rec.*55. 41
*Petrus de Capua,r.*33. 31
*Petrus electus,r.*44. 39
Petrus Damiani qualis in ſcribendo res geſtas,rec. 75. 65
*Picturæ in tota Eccleſia, rec.*43. 39
Præceptores militum, rec. 99. 83
*Præpoſitus qui, r.*27. 18
*Præpoſiti S.Angeli ad Formam, rec.*89. 79
*Præfatio de Sancto Priſco, rec.*98. 82
*Primicerius qui, r.*27. 18
*Princeps Beneuẽti quomodo idem cum Capuano, rec.*113. 97

Ray-

R

RAymus Sancti Lazari, rec. 101. 84
Raynaldus Episc. Aquini suffraganeus, r. 52. 40
Raynaldus Archiepiscopus, rec. 53. 41
Recta linea Principum, rec. 111. in add.
Reliquiæ Sancti Vincentij, rec. 86. 78
Richardus Princeps, recog. 100. 84
Roberti Regis Baptismus, rec. 31. 30
Rocca Ecclesiæ Capuanæ, rec. 21. 14
S. Romoaldi Abbatis anni, rec. 71. 66
S. Rufus, rec. 97. 82

S

SAcer, idest, Episcopus, rec. 42. 38
S. Sammus, rec. 94. 81
Sarmata, nomen viri, rec. 20. 14
Series Principum Capuæ, rec. 111. in adden.
S. Simmacus Episcopus, rec. 29 30. 19. 30
Sol quoto die ingreditur Signum, rec. 75. 68
Speciosus Monachus. 57
Stante die quid, rec. 117. 100
Stephanus de Rao Canonicus, rec. 40. 33
Statunculum quid, r. 6. 7
Subdiaconus custos Ecclesiæ, rec. 26. 19

T

TEmpla in foro, r. 9. 9
Thomas Ceci Theol. Cler. Regul. r. 108. 86
Terracinenses cum Capuanis, rec. 66. 58
Translatio Sancti Leucij, rec. 84. 76

V

S. VEnera, r. 93. 80
Vesuuij incendiū, rec. 71. 60
Vsque dictio quid, rec. 13. pag. 11. & in adden.

Z

Zeta quid, rec. 85. 77

BIBLIOTECA